

Xe. 216.
2.

WENCESLAI TRNKA
DE KRZOWITZ

S. R. I. EQUITIS MEDIC. DOCT. IN REG. UNIVERS.
PESTIN. PRAX. MED. PROF. P. O.

HISTORIA
HÆMORRHOIDUM
OMNIS ÆVI OBSERVATA
MEDICA CONTINENS.

VOLUMEN II.

OPERIS POSTHUMI
EDITIONEM PROCURAVIT
FRANCISCUS SCHRAUD
IN EADEM UNIVERS. INSTIT. MED. PROF. P. E.

VINDOBONÆ,
APUD CHRISTIAN. FRIDERIC. WAPPLER.
MDCCXCV.

KÖNIG FRIED.
UNIVERS.
ZV HALLE

SERIES OPERIS.

P A R S II.

PROLEGOM. §. 57. summa curationis P^{ag.}
1

SECTIO I.

PHARMACA.

CAP. I. §. 58. Emetica, eorumque	- - -	8
— 59. 1. Indicantia	- - -	9
a) Cruor in stomacho	- - -	—
b) Saburra	- - -	10
— 60. 2. Contraindicantia	- - -	14
CAP. II. §. 61. Cathartica eorum	- - -	17
— 62. 1. Indicantia	- - -	—
a) Molimina, cœcæ hæm.	- - -	18
b) Suppressæve, aut	- - -	19
c) Nimiae	- - -	21
— 63. 2. Delectus	- - -	24
a) Epsonensis fal.	- - -	26

a

b)

	pag.
b) ☽ Fulminans	26
c) Tamarindi	27
d) Rheum	—
§. 64. 3. Cautelæ	31
a) Iteratio	—
b) Tamarindi præ rheo	32
c) Tonica addenda, vel	—
d) Antiseptica	34
CAP. III. §. 65. Diaphoretica	—
CAP. IV. §. 66. Solventia maxime	39
— 67. 1. Nitrum	41
— 68. 2. Arnica	43
— 69. 3. Rægio cum liqu. anod.	44
— 70. 4. ♀ flores	45
— 71. 5. △æ soteriæ, ut	48
a) Bourbonenses	51
b) Carolinae	52
c) Heilsbronnenfes	54
d) Helmstadiens	55
e) Luchoniens	56
f) Wernarcenses	58
g) Wishadenses	59
CAP. V. §. 72. Emmenagoga	—
CAP. VI. §. 73. Aloetica, ut	61
§. 74.	

	pag.
§. 74. 1. Elixir. propriet. - - -	62
— 75. 2. Pilulæ - - -	64
a) Ruffi - - -	—
b) Beccheri - - -	65
c) Stahlii - - -	66
CAP. VII. §. 76. Antispasmodica - - -	72
— 77. 1. Olea pressa - - -	—
— 78. 2. Oleum Dippelii - - -	73
— 79. 3. Valerianæ radix - - -	75
— 80. 4. Vinum - - -	—
— 81. 5. Scrophularia - - -	76
— 82. 6. Opium - - -	78
CAP. VIII. §. 83. Tonica - - -	86
— 84. 1. Millefolium ad - - -	89
a) Molimina - - -	91
b) Cœcas hemorrh. vel - - -	93
c) Nimias - - -	96
d) Stymatosin - - -	103
— 85. 2. Bdellium - - -	105
— 86. 3. Chelidonium, minus - - -	107
— 87. 4. Glandes - - -	108
— 88. 5. Rosarum syrpus - - -	110
— 89. 6. Sorbi roob. - - -	—
— 90. 7. Sanguisorba - - -	111

	pag.
§. 91. 8. Urticæ succus	111
— 92. 9. Granatorum grana	112
— 93. 10. Simarubæ cortex	113
— 94. 11. Terrea styptica	114
— 95. 12. Martialia, ut	—
a) Crocus	115
b) Limatura	116
c) Tinctoræ	—
d) Aquæ	117
— 96. 13. Cortex Peruv. Indicat	119
a) Laxitas	—
b) Spasmi	—
c) Febris intermitt.	121
d) Periodica hæmorrhois	122
e) Ulcera hæmorrh. prava	—
f) Gangræna varicum	123

S E C T I O II.

CHIRURGIA.

CAP. I, §. 97. Sanguinis missio, quam	124
— 98. A. Indicant	125
a) Prophylaxis	—
b) Therapia, dum adest	—
— 99. 1. Plethora i. e.	—
a) Vacuatio, sangu. omissa	128

¶. Hg-

	pag.
<i>g.</i> Hæmorrhagie cessantes	128
§. 100. 2. Molimina	131
— 101. 3. Cœcæ hæmorrhoides	132
— 102. 4. Furentes præsertim	133
— 103. 5. Aquæ soteriæ potæ	—
— 104. 6. Suppressus fluxus	134
— 105. 7. Hæmorrhagie vicariæ	138
— 106. 8. Nimie hæmorrhoides	139
— 107. B. Selectus vasorum	144
— 108. 1. Brachii, si adeſt	146
a) Nimius fluxus	—
b) Morbi capitis, pectoris	151
c) Abolendæ hæmorrhoides	154
— 109. 2. Pedis, ubi adſunt	158
a) Molimina	—
b) Cœcæ hæmorrhoides	159
— 110. c) Morbi a suppressio fluxu	162
— 111. d) Fluxus	163
<i>α.</i> Instans	—
<i>β.</i> Suppressus	165
— 112. 3. Ani, quam procurant	—
— 113. a) Hirudines. Has	166
— 114. <i>α.</i> Contraindicant	167
1) Inflammatio	—
2) Varix grandis,	—
3) In-	

	pag.
3) Internæ ?	169
§. 115. β. Indicant vero	171
1) Molimina	—
2) Varix minor	179
3) Suppreßæ hæmorrhæ	190
— 116. γ. Cautelæ	203
— 117. b) Acies ferri, dum adest	209
α. Prolapsus ani	—
β. Varix vetus &c.	210
— 118. c) Vicaria ferri, & hirud.	225
CAP. II. §. 119. Enemata, (suppositoria)	227
1. Emollientia	—
2. Anodina	230
3. Eccoprotica	231
4. Tonica	233
5. Acria	235
— 120. Cautelæ	237
— 121. Balani	238
CAP. III. §. 122. Topica	241
— 123. A. Emollientia	—
— 124. 1. Aquofa	242
— 125. 2. Mucilagineſ	244
— 126. 3. Pinguia	245
a) Axungiae	—
α. Canina	—
β. Ca-	

	pag.
§. Caprilla - - -	246
γ. Suilla - - -	—
b. Butyra - - -	247
α. Cacao - - -	—
β. Ung. terreum - - -	—
γ. Ung. de loto - - -	248
δ. Unquent. nummulariæ - - -	249
c) Olea - - -	250
α. Ovorum - - -	—
β. Scarabæorum - - -	251
γ. Millepedum - - -	253
δ. Cineratum - - -	254
ε. Ferratum - - -	255
§. 127. B. Anodyna - - -	256
1. Opium - - -	—
2. Hyosciamus - - -	—
3. Belladonna - - -	257
4. Solanum nigrum - - -	—
5. Momordica - - -	—
6. Scrophularia - - -	258
7. Linaria - - -	—
— 128. C. Discutientia - - -	261
1. Calor ficcus - - -	262
2. Fumi - - -	—
a) Terebinthinae - - -	—
b) Un-	

	pag.
b) Ungulæ equinæ	263
c) Rajæ	—
d) Testæ testudinis	265
3. Aceti vapor	—
4. Vinum	—
5. V.	—
a) Simplex	—
b) Cum ficubus	266
c) Stercoratus	—
6. Saliva	267
7. Urina	—
8. Pomi pulpa, succus	268
9. Chelidonium minus	—
10. Cepæ	269
11. Olea	—
a) Mustelæ	—
b) Jupineri	270
c) Buxi	—
d) Aurantiorum	271
e) Balsam ♂	—
f) Vernix pectorum	273
12. Mercurialia	—
13. Saturnina	274
§. 129. D. Styptica	—
	275
I. Ca-	

	pag:
1. Calor ficcus urens	275
2. Plantæ adstringentes	276
3. Colcothar	277
4. Atramentum	278
5. V rectificatus	279
§. 130. E. Referantia	—
1. Colocynthis	—
2. Cyclamen	280
3. Cepæ	—
4. Bilis taurina	—
§. 131. F. Composita varia	281
§. 132. G. Vulneraria	293
CAP. IV. §. 133. Balnea (infellus, lotiones)	294
a) Calida	—
b) Frigida	299
CAP. V. §. 134. Cucurbitæ ficcæ	301
CAP. VI. §. 135. Repositio ani	303
CAP. VII. §. 136. Ligatura	305
CAP. VIII. §. 137. Ustio	307
1. Corrugans	308
2. Escharotica	310
§. 138. Cautela	316
CAP. IX. §. 139. Apertura abscessus	325
CAP. X. §. 140. Ulcera arte facta	327
CAP. XI. §. 141. Amuleta, transplantiones	330
b	§.

	pag.
§. 142. 1. Amuleta	331
a) Chelidonium minus	—
b) Cyclamen	—
c) Hellebori nigri folia	—
d) Polygonum	332
e) Scrophularia	—
f) Telephium	333
g) Geminæ	335
§. 143. 2. Transplantatio	336
a) Chondrilla	—
b) Hæmorrhoidalis herba	337

SECTIO III.

DIAETA.

CAP. I. §. 144. Alimenta	338
CAP. II. §. 145. Aer	341
CAP. III. §. 146. & 147. Motus, quies	343 & 345
CAP. IV. §. 148. Pathemata animi	346

HISTORIÆ SELECTAE:

1. Dietrichs	348
2. Hoffmanni	352
3. Sidren	356
4. Riverii	359
5. Gerbezii	361
6. Turneri	365

HISTO-



HISTORIÆ HÆMORRHOIDUM.

P A R S II.

DE METHODO MEDENDI
HÆMORRHOIDIBUS.

P R O L E G O M E N O N
SUMMA CURATIONIS

C A P I T A.

Si nullo uspiam in morbo, priusquam manum ad medendum appuleris, omnia sollicite circumspicienda, & providenda futura sunt, ne secus; quam res exigit, remedia adhibeantur; hæmorrhoidalme mehercle præprimis in morbo ad id animum advertere oportet: quippe ubi vel levissimum sæpenumero qua in medela; qua diæteticò regimine admissum errorem ægri graviter & cum vitæ ipsius quandoque jactura luere solent, ut id allata deinceps exempla fatis superque docebunt. AP-

TRNKA Hist. Hæm., Vol. II. A prime

prime itaque in hæmorrhoidum curatione trias
illa therapeutica: *indicans*, *indicatio*, *indi-*
cata, & memoria probe tenenda, & acri, fa-
gacique judicio práctico inspicienda est, quam
proinde rite ordinatam, præmittam.

§. LVII.

I. **INDICANS** est hæmorrhoidalis mor-
bus: hinc

II. **INDICATIO** multiplex, nempe ut

A. Fluxus hæmorrhoidum, si est

a) Salubris vel necessarius ob habitum,

i. Instans (evidentibus notis) leniter
promoveatur;

2. Præsens vero jam, isque

α. Moderatus non turbetur; ne vel ni-
mius evadat, vel supprimatur

β. Difficilis facilitetur obstaculis remotis

v. g. spasmis, lentore, &c.

γ. Nimius minuatur, vel cohibeatur caute:

3. Suppressus denique

a. Res

a. Revocetur, si eum natura vel possit,
vel molitur denuo (sublatis obstaculis, &
motu sanguinis ad vaia haemorrhoidalalia deter-
minato); sin minus,

b. Compensetur arte.

b) Insalubris, inutilis, non necessarius.

1. Instans discutiatur;

2. Præsens prudenter abigatur;

3. Recidiva præcaveatur.

B. Symptoma mitagentur, tollantur

C. Effectus hujus morbi solempnes

a. Futuri & prævisi prævertantur;

b. Præsentes vero jam tollantur

III. INDICATA hocce in morbo prima-
tia duo esse vult L. F. B. LENTIN (a) nempe

1. Solventia & moventia stases viscerum
infarctorum,

2. An-

(a) Beobacht. einiger Krankh. Nro. 25.

A 2

2. *Antispasmodica*; sed multiplici hic
sæpe remediorum apparatu opus esse satis in-
nuunt indicationes variæ paulo ante dictæ rite
expensæ.

IV. CONTRA INDICATA denique, seu
morbum ipsum seu symptomata species, sunt
universim duo.

1. *Acria* omnia nervos gravius laceffen-
tia, &

2. *Calida* motum sanguinis augmentia.

Ab his enim & morbum & morbi causam
intendi constans docuit observatio. Hinc ti-
ronibus alte, serioque inculcandus est se-
quens therapeuticus canon: *omnis morbi hæ-
morrhoidalis therapia esto ordinata & pla-
cidissima*, id est: curatio hæmorrhoidalis cu-
jusvis affectionis duas habeat dotes oportet,
scilicet & ordinate & placidissime instituatur,
summopere cavendo ne vel tumultuosa, vel
impetuosa sit. Ad tedium pene duo hæc pa-
sim suis in dissertationibus inculcat observan-
da M. ALBERTI haud ignarus, nunquam iis
satis aures tironum imbui, ut videre est in diss.
de hæmorrhoidibus longævitatis causa §. 28.(a),
de

(a) Tract. de hæmorrhoidib. P. 1. p. 148.

de hæmorrhoidibus excedentibus §. 25. (a),
tum de hæmorrhoidibus cœcis §. 23. (b) &c.
Ante omnia vero in diss. de hæmorrhoidum
salubri, & insalubri promotione (c) rem ner-
vose urget in hæc verba: „negotium hæmorr-
„hoidale utpote sensibile, & in anomalias
„valde prouum nihil minus; quam tales in-
„consideratas, præcipites, & audaces inva-
„siones perferre potest: inde ut plurimum
„evenit, ut ejusmodi motuum hæmorrhoida-
„lium aggressiones, atque impulsus non di-
„rectum effectum, & scopum assequantur; sed
„periculosas sanguinis orgasticas commotiones
„acerbiores, graviores, & tenaciores viarum
„stricturas spasmodicas, sanguinis denique
„exitiosas incarcerationes causentur. Ab
„ejusmodi imperito ausu aliquando in sub-
„iectis de cholerico temperamento paulo lar-
„gius participantibus illud suspectum prove-
„nit phænomenon, ut loco promotionis hæ-
„morrhoidum pertinacissima alvi obstruëtio,
„atrocissimi interni ardore, angores, & do-
„lores consequantur, ut talis extrema cala-
„mitas aliquando statum, & casum propinati
„veneni . . . æmuletur. Quid quod accidit,
„ut oblata remedia hæmorrhoidum fluxum
„im-

(a) Ibidem p. 211.

(b) Ibidem p. 301.

(c) §. 10. p. 29. sq. Resp. 1. c. WOYT. 4to.
Hale 1726.

„impellentia post excitatam tenacem alvi oc-
 „clusionem plane alienas evacuationes, velut
 „mictum cruentum, extreme angentem stran-
 „guriam, periculosam dysuriam, aut exce-
 „dentes vomitus, vel iliacæ passionis pro-
 „dromos, & schemata excitent & causentur.“
 Quæ hic a tumultuaria & impetuosa in pro-
 motione moliminum hæmorrhoidalium thera-
 pia consequi notat Auctor, his similia & gra-
 viora etiam ab ejusdemmodi curatione in pro-
 vocandis, revocandisve, aut referandis cœ-
 cis hæmorrhoidibus evenire solent, imo in
 ipsis etiam symptomatibus perperam tractatis,
 id quod Ill. STÖRK (a) meminit ab se visum
 „dum urina (inquiens) a dolore hæmorrhoi-
 „dali retinetur, vitanda sunt omnia fortiora
 „diuretica, solis decoctis ex radice althææ,
 „& glycyrrhīsæ utendum est, & venter, &
 „partes circa anum debent emollientissimis
 „cataplasmatibus involvi, foveri. Vidi a
 „dato his in circumstantiis spiritu terebin-
 „thinæ urinam magis fuisse retentam, intu-
 „muisse ventrem, ortum esse enormem in
 „pelvi dolorem, & ægrum ʒtio die post mul-
 „tas anxietates, & post crudeles mingendi,
 „ac alvum deponendi tenesmos obiisse. To-
 „tum intestinum rectum, & pars vesicæ huic
 „adjacens erat inflammata, aut gangrænosa.
 Terebinthinæ ɔus acre, & impetuose agens
 reme-

(a) Ann. med. II. p. 153 sq.

remedium, dum sanguinem ad vasa recti, & vesicæ hæmorrhoidalia, jam alioquin turgencia uberioris, & perpetim compulit, non potuit non exitialem his partibus statum induxisse. Hocce itaque tirones exemplo admoniti sapient, oportet. Quaeis breviter præmissis ad omnis generis in hæmorrhoidalium affectionum therapia solennia indicata percensenda transitum faciamus, quæ a multiplici experientia clarissimorum in arte virorum fæse commendarunt; vel quæ usus docuit, esse vitanda.

SEC-

S E C T I O I, P H A R M A C A.

C A P U T I. E M E T I C A.

§. LVIII.

I. EMETICA nūm unquam hæmorrhoidalibus
in affectionibus præbenda sint, merito ambi-
gere licet; quando quidem non modo impe-
tuosa sint remedia, quæ paulo ante dictum
est excludi a therapia nostra oportere, sed
etiam humores ab ano sursum ciendo sanguine-
m hæmorrhoidalem ad superiora regurgi-
tare cum pessimis ægri rebus faciant, ut post-
modo danda clare docebunt exempla (*a*).

§. LIX.

(*a*) Vide §. 60. 54. Nro 8. (*b*).

§. LIX.

I. Indicant nihilominus emeticorum le-
nium usum duo sequentia :

a) *Cruor in ventriculo extravasatus*
vomitio spontaneo non eluendus , quem sup-
pressæ , vel anomalæ hæmorrhoides illuc effu-
derunt . Unde M. ALBERTI (a) de curratio-
ne hæmorrhoidibus suppressis facienda dif-
ferens „excludimus (ait) itaque quascunque
„immoderatas commotiones , & evacuationes,
„in primis vero emeses , quæ facile motus
„hæmorrhoidales tam ad ventriculum , quam
„superiorem corporis regionem ducunt , & ad
„vomitum cruentum disponunt , aut in hepar
„& lienem periculosos effectus , & affectus
„provocant . Si vero contigerit , ut artifex
„prudenter , & certo judicare poterit , quod
„ob hæmorrhoidum perturbationem , aut sup-
„pressionem non modo molimina ad cruentum
„vomitum pertinentia orta sint , sed & actua-
„lis eruptio sanguinis intra ventriculum suc-
„cesserit ; sanguis vero intra ventriculi cavita-
„tem profusus per vomitum non evacuetur ,
„sed in ventriculo delitescat , & multis an-
„goribus ansam præbeat , tunc & non aliter
„nisi in hoc maxime reservato casu , & statu

„con-

(a) Diss. de hæmorrhoidib. suppressis §. 24.
Tract. de hæmorrhoidib. I. c. p. 244.

„cedimus mitissimam vomitus provocationem,
 „quo radicem ipecacuanham commendamus,
 „quæ post lenem, quem provocavit, vomi-
 „tum, subtilem strictrum in affectis locis re-
 „linquat.“ Utrum vero uspiam aliquo in
 praxi exemplo id Auctor exploratum habeat,
 me præterit; nec ullo id alius observatoris
 casu assertum facere licet. Meliori autem jure
 emeticum poscit.

b) *Saburra biliosa*, vel alia quævis
 primis in viis collecta; qua emetico excussa
 ille continuo cum euphoria minuitur, aut
 prorsus conquiescit. Sic B. HERMANNI (a)
 „Vir honestus 40. & aliquot annos natus,
 „hæmorrhoidum fluxui non raro, sed tum in-
 „primis & copiosiori, & diuturniori obnoxius,
 „cum ex officii civilis ratione Baccho vel plus,
 „vel sæpius solito litare tenetur; tali enim
 „prægressa causa non dies duntaxat aliquot;
 „sed integras septimanæ nonnunquam dura-
 „vit cum inappetentia, virium lapsu, colore
 „faciei decolore, &c. Sumpta itaque aliquan-
 „do a dicta causa occasionali, & appetitu pro-
 „strato indicatione ♀ri emet gr. jv. sat
 „alias robusto exhibui, & en! vix dum cel-
 „sante vomitu hisce concitato omnis illico
 „fluxus, qui a 14. diebus jam continuaverat,
 „cum euphoria cessavit. Quo successu permo-
 „, „tus

(a) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 5. Obs. 226.

„tus aliquot postea vicibus in simili casu si-
 „mili usus remedio, simili quoque semper i.
 „e. optato gavisus est successu.“ Huc etiam
 referre licet c. PEZOLDI (a) Equitem Saxo-
 nem 45 annorum, sanguineo - cholericum,
 iræ, gulæque impotentem, & a 16to ætatis
 anno menstruo hæmorrhoidum fluxui obnoxio-
 um tam uberi, ut raro infra 4. jv. quavis
 periodo sanguinis amitteret. Hic in Silesia
 hyemem inter lautas epulas, viniique Hunga-
 rici compotationes exigens post hæmorrhoi-
 dum fluxum paulo diutius restitantem capi-
 plenio, & hæmorrhagia narium corripitur;
 sed promotis Væ. Sne. in pede hæmorrhoidi-
 bus utrumque desit. Demum 3tia Martii iter
 ingressus sub hæmorrhoidum fluxu, hunc suc-
 cussionibus corporis, & madore pedum ab
 aquis nivosis saepius transvadatis, ita auxit,
 ut sanguis ex ano velut e gutturnio rueret cum
 virium lapsu, & hæmorrhoidum tumore dolorifico. Secta a balneatore brachii vena,
 tumentibus hæmorrhoidibus apertis impositum
 emplastrum farturninum; sed his non satis
 opitulantibus gva Martii Vratislaviam petuit,
 collapsa valde facie, amissisque (ut rebatur)
 ex ano pene 64 4. sanguinis tam acris, ut
 cutem, & papyrum eroserit. Recursante iden-
 tidem fluxu cum debilitate, & 6 dierum te-
 nesmo inter desidendum tremorem omnium

ar.

(a) Obs. med. chir. 51.

artuum ad eclysin pene causante, nec nisi flatus proliciente, datus interne $\ddot{\text{E}}$ ex $\ddot{\text{O}}\text{ } \text{G}$, O , corall. cinnab. eff. cit. ficc. tum *MRA.* ex eff. millefol., & cort. O , cum m . O . dulc. Externe adhibitus fatus ex verbasc., chamom. &c. in lacte coctis. Ab his a meridie pulsus paulo fortior; sed æger a somno aliquamdiu subdelirabat, pergente fluxu, & lotio ad vitri latera copiosas crystallos depонente. Die nona a somno iterum subdelirus, ab ira bis dejecit, tenesmo fine ullis fere jam flatibus, at cum magno totius corporis tremore pergente, hæmorrhoidibusque cum dolore protuberantibus. Die 10. ter multa dejecit, tota nocte pervigil. Tenesmus cum tremore in desidendo ad eclysin fere, flatibus iterum cum sanguine prodeuntibus. Datae 2 doses $\ddot{\text{E}}$ is contra abortum Aug., & spec. de hyac. cum O ., & eff. cit. ficc. cum levamine, & à suffitu e verbasc. cum colophon. ac mastich. multa pituita alba alvo excreta. Die 11. a somno bono creber tenesmus cum tremore, & hæmorrhoidum dolentium fluxu. Datus prior $\ddot{\text{E}}$ is sine O . Die 12. post suffitum, & sumtum mane $\ddot{\text{E}}$ em dolor pectoris cum auxitate non ferenda. Idcirco datis pilulis *STAHLII*, die 13. post aluum reddit hæmorrhoidum fluxus cum tenesmo, & ardore in Recto. Injecto enemate ex decocto furfurum tritici cum verbasco ac V. O., datus $\ddot{\text{E}}$ ex $\ddot{\text{O}}\text{ } \text{G}$, dente hippopot. O ., corall., cinnab. & eff. citr. ficc. Die 14. somnus bonus, pulsus magnus, plenusque, & ha-

hæmorrhoides fluxere sine ullo tumore, ac
 superftite adhuc dolore ac tenesmo, cum
 dejectionibus. Injecto ergo enemate datum
 infus e millefol, cum cinnab., & mac. Die
 15. omnia pristina cum anxietate post pastum.
 Datus ḡis prior, ac elixir. stomach. cum bal-
 samico HOFFMANNI, & ou mastich. Die 16.
 omnia eadem. Postridie uritanus in ambitu,
 & vestigia quædam adhuc sanguinis in alvo
 visa. Anxietati a pastu sublatæ successit do-
 lor pedis. Ex ḡe priore corallia omissa, &
 suffecti lap. 69. Die 18. sudor tota nocte;
 dolor pedis desit; cum alvo sanguis tenuis,
 aquosus redditus, hæmorrhoides denuo cum
 pruritu protuberabant. Multus iterum die
 postero sudor. Die 21. decedente omni hæ-
 morrhoidum tumore, ac fluxu superfuit pru-
 ritus. Hodie ac biduo præcedente purulenta
 quasi sanies alvo prodibat. Aeger bene ha-
 bens medicum dimisit; at pruritus ani non
 prius omnis desit; quam post duodecim vo-
 mitus, & 6 dejectiones biliosas frustis bi-
 liosis intermisstas a datis ♀ri emet. gr. iij.
 abhinc vero homo plane convaluit, hæmorr-
 hoidibus posthac omni iterum mense rite flu-
 entibus. Satis itaque apparet, uberem hunc
 fluxum si non ex toto, magna saltē sui
 parte a biblosa colluvie ex ingluvie, ac ira
 in itinere provenisse, cuius reversuri indicia-
 um ani pruritus mansit, quoad emeticō ex-
 cussa ano, catoque bile demum defiisset, ab-
 acto simul recidivæ periculo,

§. LX.

§. LX.

2. *Contraindicant* vero emeticum omnia alia adjuncta præter sanguinem, & sanguinem stomachi adeo, ut illo dato quævis hæmorrhoidalis affectio in anomalias degenerent. Unde & M. ALBERTI (a): „vomitoria „hæmorrhoidariis valde sunt inimica, quæ „eximiam anomaliam motibus hæmorrhoida- „libus communicant, & totum processum in „sensibilibus præcipue naturis adeo corrum- „punt, ut ægerrime redintegrari queant“. Enim vero emeticum in moliminibus hæmorrhoidalibus exhibitum tantum abest, ut ista adjuvet, ut multo potius motum sanguinis ab ano ad superiora invertat. Lugubrem id genus casum suppeditat M. ALBERTI (b): „Vir 40 circiter annorum, temperamenti me- „lancholico - cholericu aliquot ab annis af- „fectibus pectoris hæmoptoicis detinebatur, „qui successu temporis in dolores cardialgico- „emeticos post assumtos cibos quotidie magis „in crescentes, non obstante usu Væ. Snum- „in pede, desinebant. Hos in consilium vo- „catus Practicus, dato annotericos motus „di-

(a) Diff. de hæmorrhoid. salubri & insalubri promotione. §. 9. p. 26.

(b) Diff. de fluxus hæmorrhoidal. provocatione
(4to Halæ 1719 Resp. A. HERRMANN)
thes. 17. p. 10.

„divertente & rhabarbarino juncto stimulo
 „cocolynthiaco præsentance sustulit; redibant
 „tamen post aliquot dies, & disparuere rur-
 „sus sub iterato his usu cum levamine, in-
 „constanti tamen. Suadetur hirudinum usus;
 „quem tamen recusabat: potius alium adiit . . .
 „medicum. Hic postquam pravitatem ven-
 „triculi incusasset, vomitorium præbet; cuius
 „usum hyperemesis secuta, accedente amau-
 „rofi, & actuali excretione sanguinis, sub qua
 „cruentam evomuit animam“. Haud secius
 proxime instantem præsentemve fluxum hæ-
 morrhoidum cohibent, sanguinemque earum
 ad viscera superiora alliciunt, ac non raro
 cruentum inducunt vomitum. Sic A. STEG-
 MANNI (a) „civis . . . rite fluentibus quo-
 vis vere, & autumno hæmorrhoidibus opti-
 me se habuit per aliquot annos. Accidit
 autem, ut quodam tempore vernali, & qui-
 dem instantे fluxu hæmorrhoidalи propter
 inappetentiam ventriculi vomitorio (nescio
 cuius consilio) usus sit: vomuit etiam, &
 per 3 continuos dies sanguinem rejectit ni-
 gerrimum. Steterunt exinde hæmorrhoides
 fluentes, & illas exceperunt furentes, quas
 tunc temporis sopivit externis lenientibus.
 Appropinquante vero autumno redeunt
 hæmorrhoides furentes cum insigni præcor-
 diorum anxietate, metu suffocationis, &
 fin-

(a) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 4. Obs. 102.

„singultu molesto . . . ordinabam illi optimar
 „quævis interna, & externa, verum sine ullo
 „levamine, & effectu. Refugi itaque irritis
 „omnibus aliis medicamentis ipsa sic jubente
 „natura ad vomitorium, quo dato sanguinem
 „crassum, & nigrum rursus rejicit, evane-
 „scentibus non longe post cunctis symptomata-
 „tibus. Quoties hinc ver, & autumnus re-
 „deunt, & vir hic insigne pondus in dorso,
 „lumbisque sentit; toties utitur vomitorio,
 „& ejecto exinde sanguine liberatur a præ-
 „dictis affectibus“. Hocce in casu unus quis-
 que mihi ultro dabit, emeticum, quemad-
 modum anomalo facto morbo evasit, neces-
 sarium; ab initio fuisse contraindicatum,
 exemplumque hoc vix esse imitabile ob sin-
 gularem suam infrequentiam. Eo etiam for-
 midabiliora sunt emetica draistica, præprimis
 mobilioribus ægris propinata, ut cholericus
 quidam hæmorrhoidarius, cuius casum c. F.
 DANIEL (a) literis mandavit, est expertus.

CAPUT

(a) Beiträge zur medicinischen Gelehrsamkeit,
 2 Th. 10. Abhandl. 1 Fall. p. 255. sqq.

CAPUT II.

CATHARTICA.

§. LXI.

CAUTHARTICA in omni omnino hæmorrhoidalij affectione locum habent, nec nisi in placido, moderatoque hæmorrhoidum fluxu præsente contraindicantur, ne forte illum ultra modum augeant, nimiumque efficiant. In reliquis autem hæmorrhoidum malis cathartica triplici præprimis scopo adhibentur, videlicet: ut

1. *Alvus dura, segnis, reddatur facilis, liberaque.*

2. *Biliofa cacockymia educatur.*

3. *Fluxus hæmorrhoidum excitetur, quantum actione purgantis humores uberioris ad vasa intestini recti derivantur. Quorum itaque trium casuum cum præcipua ratio in hæmorrhoidum medendi methodo sit habenda, erunt.*

§. LXII.

1. *Indicantia catharticorum sequentes affectiones hæmorrhoidales:*

TRNKA Hist. Hæm. Vol. II.

B

2.)

a) Cœcæ hæorrhoides vel molimina eorum triplici ex causa utilitatem ex catharsi capiunt; primum enim alvum expeditunt, ne a collecta fece, durataque non sine magnis editis nixibus egerenda compressio venarum sedalium, & infarcitus proindique tumor, dolor, &c. hæmorrhoidum augeatur: tum etiam sanguinis uberiorem copiam ad vasa recti derivando fluxum salutarem imminentem promovent, suppressumque revocant (i. e. regurgitantem sursum sanguinem ad recti vasa denuo reducunt); denique & humorum copiam alias imminuunt, sicque ipsum vasorum sedalium infarctum minuunt vel prorsus etiam tollunt. Ad posteriora duo pertinet, quod GALENUS (a) narrat: „Romæ . . . L. MARTIUS . . . „quotannis incidere in melancholiam con- „sueverat . . . cum nihil (ab aliorum medi- „corum opera) proficeret . . . Ego . . . ex „solo colore feci de noxio humore conjectu- „ram, ipsumque esse melancholicum cognovi: „itaque eum ipsum evacuavi, & statim LUCIUS „est melancholia liberatus. Huic (b) homini „expurgatione ambo hæc optima eveniunt, „quod & superfluitates expelluntur, & quod „ex acritudine eorum, quæ excernuntur, pa- „rum-

(a) In lib. HIPPOCR. de humorib. Comment.
3. Nro 12.

(b) Ibidem in HIPPOCRAT. aphor. Comment.
6. Nro 47.

„rumper aperitur os venæ , q vocant
 „hæmorrhoida, per quam excernitur pars ali-
 „qua sanguinis vitiosi consueti evacuari; quo
 „retento supervenit melancholia. Purgo igi-
 „tur ipsum non vere tantum sed etiam au-
 „tumno . . . si ex contemtu aliquando pur-
 „gationem omiserit, & morbum non anticipa-
 „verit, casus persentit passionis.“ Pro aver-
 tendis sane hæmorrhoidalibus incommodis,
 præsertim sanguinis fursu regurgitantis, nil
 utilius est, quam vere autumnoque & sanguinem
 (si opus sit) demere, & alvum ducere, id-
 que vel maxime æquinoctiorum tempore.

b) *Suppresso* quoque hæmorrhoides di-
 plici de causa catharsin exigunt, nimirum ad
 mala suppresso ex fluxu enata abigenda, rum
 ad fluxum ipsum (re ita poscente) revocan-
 dum. Utrumque perficitur humoribus a ca-
 thartico anum versus motis. — J. A. GENSELII
 (a) viro „36. ætatis suæ annum agenti ex sup-
 „pressione . . . fluxus hæmorrhoidalis tam
 „atrox cordis palpitatio, cardialgia, asthma,
 „tussis, anxietates ad usque deliquium animi
 „ingruebant, ut moriturum confessim time-
 „rent, quorquot intuebantur, singuli; aperta
 „vero laxantibus alvo statim restitutus est.
 „Cum vero maturius ; quam debebat, curæ
 „se

(a) Annal. Vratisl. Tent. 8. A. 1719 Jun. d. 2.
 art. 3. §. 3. p. 674.

„se subtraxisset, orgasmo humorum incarceratorum, nec sufficienter adhuc expurgatum nondum plane soproptio in rheumatismum arthriticum Iesus est, ex quo non nisi longo tempore eluctabatur.“ Eandem cathartos in fluxu haemorrhoidum suppresso revocando, malisque a suppresso illo ortis ab igendis utilitatem experta est apud P. R. VICAT (a) virgo 40 annorum, ex scrophulosis parentibus orta, phlegmatico-sanguinea, dudum valedictinaria, quae post nimium haemorrhoidum fluxum cohibitum in biennalem incidit rheumatismum, hemicraniam, aliasque dolores per vices torquentes. His silentibus succedere in aliquot menses furunculi complures grandes; alius ex alio, modo singuli, modo numerosi difficillime & quidem plerumque post 40 primum dies suppurantes, apice aliquot ante rupturam diebus nigrescente, acerbissimeque dolente. Ruptus tumor saniosum pus diu admodum, & cum rosionis sensu fundens ægerrime claudebatur. Tandem Ioma Octobr. varix haemorrhoidalis ano protuberans post multos cruciatus crepat cum levamine, profuso paucō sanguine viscido. Menses item a 10 diebus retardati simul fluxere; at parce. Eodem tempore furunculus, dudum in ingui- ne apertus, brevi coivit. Abhinc ægra dies ali-

(a) Delectus observ. praest. append. obs. 22.
p. 284.

aliquot commodius habuit, donec 18va Octobr. denuo de anorexia, debilitate, vagis- que imo in ventre doloribus quereretur. Quæcum instantem vel mensium, vel hæmorrhoidum vel amborum fluxum portendere vide- rentur, hunc Auctōr promoturus præbet ho- ris ante pastum cochlearia ij. infusi rhei vi- nosi cum $\frac{1}{4}$ ro solubili, cuius post tridui usum varix rufus oborta, ac rupta, copiofiori nunc sanguine profuso, omnia ante dicta levavit mala. Vires valde exiguae restaurabantur, fi- nemque curationi imposuit usus **Ræ** **Oii** re- gulinæ LUDOLFI ter in dies ad gtt. 40. impe- ratæ, ex decocto sequenti:

R. Saponar:

Cichor \approx Žiř.

Polypod 5j. concis. coqu. in

▽æ ॥ vj. sub finem adde

Cort. cinnam. 3ij. colat. **¶** jv. D. U.

Horum ab usu ægra post 8 dies optime
se habuit.

c) *Nimis* denique etiam hæmorrhoides non raro catharsi cedunt, quando nempe occasionalis earum causa primis in viis hæret, quæ ut plurimum colluvies biliosa esse consuevit. Hinc L. RIVERIUS (*a*) de curatione immo-

(a) Prax. med. L. 10. C. 10.

immodici hæmorrhoidum fluxus agens, „pur-
gatio etiam blanda (inquit) humores bilio-
sos sanguini impetum conciliantes ad inte-
stina derivat.“ Perinde F. HOFFMANN (a):
„quando cum virium jaætura, & nobiliorum
functionum læsione effusior fluxus diu persi-
stit, incipiensque viscerum labes subest, &
magis serosi, aquei; quam consistentis, fi-
brosi sanguinis copia delinquit, conferunt
quam maxime ea, quæ succos vitiosos, ac
biliosos clementer, paulatimque per alvum
educunt, simul atque humorum motum a re-
sto intestino ad tunicas, & glandulas reliquo-
rum intestinorum allicitant.“ Denique unus
omnium instar audiendus hic o. BORRICHUS
(b) quærens: „an fluentibus liberaliter hæmo-
rrhoidibus liceat uti cathartico? Dubitandi
ratio (subdit) inde proficiscitur, quod pur-
gantia turbent aperiantque, & hoc pacto
ampliorem profusioni sanguinis videantur ape-
rire fenestram. Contra humorum acrimonia
interea suader catharticum, ne illi incubitu-
longiori hæmorrhoidas patefaciant largius.
In hoc bivio tutius purgari; quam abstinere
docuere me experimenta; fuere enim ex æ-
gris meæ fidei commissis, qui menstruis ejus-
modi evacuationibus vexati cum viderent se

, tan-

(a) Med. rat. Syst. T. 4. P. 2. S. 1. C. 4.
Curat. §. 2.

(b) Act. med. Hafniens. Vol. 2. Obs. 64.

„tandem debilitari non criticis; sed sympto-
 „maticis his excretionibus, opem flagitave-
 „re: quibus ego frequenter infuso rhabarbari
 „succurri, obseruans ternis alvi solutionibus
 „inter purgandum vix tantum cruentis effundi;
 „quantum una vice extra purgationis tempus
 „excerni solet; imo saepe in ipsa purgatione
 „ne guttam sanguinis profluere, aversa alio
 „humorum rodentium acrimonia.“ Et vero
 aliorum id quoque comprobat experientia.
 Apud G. W. WEDELIUM (a) „vir primarius
 „per aliquot menses fluentibus haemorrhoidi-
 „bus molestatus assumto leni purgante alias ipsi
 „familiari plurimis evacuatus est sedibus per
 „biduum, nec post feces aliud subsecutum
 „est; quam liquor plane biliosus: unde illico
 „haemorrhoides substitere, nec per plures sep-
 „timanas post vel minimum de illis sensit
 „amplius.“ Imo interdum similis haemorrhoi-
 „dum fluxus vel nullis aliis; quam purganti-
 „bus cedit remediis; vel saltem non sine noxa
 alia medendi methodo tentatur. Sic „memi-
 „ni, ait R. SOLENANDER (b), me ANNAM ex
 „Ducibus Clivensium prognatam gravissimo
 „haemorrhoidum, diurnoque fluxu curantem
 „magna diligentia, summoque nisi, quia vi-
 „derem viribus labefactatis, spiritibusque
 „dissolutis summum discrimen imminere, pro-
 „, fluvi-

(a) Opilog. L. 2. S. 2. C. 5.

(b) Consil. 22. Sect. 4.

„fluvium obfirmasse (cohibusse). Verum cum
 „illa inde, imo die recreata, sequentibus mi-
 „rifice gravari, & circa p̄cordia tumere,
 „atque inflari inciperet, revocatus 6to die,
 „coactus venis reclusis profluviū rufus mo-
 „vi; neque potui secure, & tuto stringere;
 „priusquam corpori lenibus evacuationibus,
 „hepatique necessario aliis alterantibus, at-
 „que roborantibus prospexitsem“. Atque ex
 his, pluribusque paulo post dicendis abun-
 de liquebit (opinor), quanti sint usus ca-
 thartica in immodico hæmorrhoidum fluxu
 compescendo. Verum quantumvis proficia
 hic sint; tamen nec sine selectu, nec sine
 cautelis ea præbere oportet.

§. LXIII.

2. Delectus autem talis esto, ut qua-
cunque in hæmorrhoidalī affectione, ubi al-
vus ducenda est, mitissima sint eccoprotica,
sive lenitiva aut minorativa olim dicta. Nam-
que monente L. RIVERIO (a) circa hæmo-
rhoidum dolorem, „purgantia potentiora in
„hoc affectu non convenient; quia humorem
„ad partem attrahunt, & tumorem irritant;
„attramen alvus continuo emollienda est;
„quia dura excrementa & cum aliquo conatu
„emissa dolorem exasperant“. Perinde i. c.

FROM-

(a) L. c Cap. II. p. M. 376.

FROMMANNUS (*a*) de cœcis hæmorrhoidibus curandis agens „lenientia autem semper (*ait*) „præferenda sunt purgantibus fortioribus, & „ad hæc non nisi per gradus progrediendum; „quippe hæc majorem ad vasa jam ante affe- „, et affluxum concitando obstructionem, & „hinc dolorem pariter, ut in obstruktione „alvi pertinaciore, mirum quantum possunt „augere“. Quid mirum? quando quidem draſticis purgantibus hæmorrhoides cœcæ nondum præfentes haud raro procurantur (*b*). Et quoniam ab iisdem visus est immodicus hæmorrhoidum fluxus induci (*c*); tanto etiam minus convenient ipso jam præſente, ne eundem reddant profuſiſſimum, & immedicabilem. Sed neque in ſuppreſſo fluxu revocando valentiōra cathartica adhibere ſatis tutum eſt, ne, dum fluxum intendimus provocare mode- ratum, is aut immodicus accidat, aut ejus loco hæmorrhoides cœcæ dolentifimæ, fu- rentes progignantur, ferio enim ſuperius (*d*) eſt inculcatum, placidiſſimam medendi metho- dum in omni hæmorrhoidalī affectione tenen- dam

(*a*) Tract. de hæmorrhoidib. P. 2. Probl. 30.
P. 393.

(*b*) Vide §. 19. (*d*).

(*c*) Ibidem.

(*d*) Vide §. 57. IV.

dam esse „siquidem (a) negotium hæmorrhoi-
„dale ita delicatum, atque facillimis anomia-
„liis expositum est, ut vel levissima causa
„pro turbis eminentibus concitandis satis fa-
„ciat, quæ posthac non ita facile emen-
„dari, & placari possunt“. Commendatissima
vero plurimorum suffragio hic sunt cathartica
frequentia :

a) *Θ Epsomense*; quippe quod testante
i. d. GOHLIO (b) „minores molestias sem-
per creare solet in subiectis hæmorrhoidibus
cœcis laborantibus“.

(b) *Θ Fulminans*, quo nil efficacius ex-
pertus est s. t. QUELLMÄLZ (c) ad hæmo-
rrhoidum fluxum vel excitandum, vel suppres-
sum revocandum: „non semel (inquit ille)
„auri hanc calcem extractis quibusdam ama-
„ricantibus laxantibusque parce adjunctam
„viris quibusdam athletico alias habitu cor-
„poris præditis præscripsi, & mirum est dictu!
„quam unica tantum dosis hæmorrhoides pe-
„renni,

(a) M. ALBERTI diff. de hæmorrhoidib. exce-
dentib. §. 25. Tract. de hæmorrhoidib. P.
i. p. 211.

(b) A&t. med. Berolin. dec. 2. Vol. I. Sect. 2.
P. 78.

(c) Commerc. Nor. T. §. A. 1735 hebdom. 39.
Nro 2. p. 306.

,,renni, quamquam lenissima, diarrhoea sti-
,,patas excitare potis fuerit“. At sine fa-
libus mediis remedium dandum est, cum iis
enim hypercatharsis cum intestinorum spasmis
creat.

c) *Tamarindi* vero præprimis in immo-
dico hæmorrhoidum fluxu palmam aliis præ-
pere creduntur FROMMANNO (a) teste, non
tam quod præter virtutem purgantem etiam
aliquatenus stiptici sint; quam quod ad bi-
liosam colluviem, cui toties immodicus hei-
morrhoidum fluxus debetur (b), auferendam
par sibi remedium non habeant: Hinc etiam
docet H. MERCURIALIS (c) tamarindos præ-
cipue ad compescendum hujusmodi sanguinem
fluentem miram quandam potestatem
habere, tam decoctos; quam in substantia
usurpatos; imo pruna nostrata acidula, quæ
aliquo modo tamarindos emulantur, frequen-
ter esitata ante alios cibos huic rei etiam
conducere.

d) *Rheum* autem hocce in morbo om-
nium eccoproticorum princeps est, omnium
pene medicorum suffragio, quod præter vim
catharticam etiam tonicam (in affectionibus
hæ-

(a) L. c. Probl. II. p. 266.

(b) Vide §. 22.

(c) RIVER. l. c. Cap. ro. p. m. 374.

hæmorrhoidalibus curandis perutilem) possideat. Solus illi, crebrius præsertim sumto diffidit L. F. B. LENTIN (a): „sæpe enim sumtum (ait) singularem post se relinquunt in nervis debilitatem, quam ipse sum experitus. Hac occasione monendum duxi cum rheo in feminis debiles nervos naætis, & ad spasmos pronis caute admodum esse mercandum: verum est, a ðe rhei ante somnum sumti huncce tam placidum sequi, ut cum somno ab opio non sit conferendus; at exspectatus æger peculiarem per omnes artus percipiet sensationem, haud injucundam quidem; sed aliquali tamen cum virium jaætura conjunctam“. Interea nemo (quod sciam) alius practicorum hæc eadem observavit, indubiisque constat exemplis, rheum in immodico præsertim hæmorrhoidum fluxu compescendo miracula sæpe patrasse. M. ALBERTI (b), postquam varia eccoptotica ab aliis commenda data memorasset, demum „nos (ait) hoc loco præferimus rhabarbarum, quod præ reliquis probatum, & securum est, & hoc vel in substantia, vel in simplici infuso laudamus. . . Et tale quidem rhabarbarum licet, si hæmorrhoidum fluxus diuturniori successu excessum commiserit, repetito ordinare“.

Perin-

(a) L. c. p. 162. sq.

(b) L. c. p. 212.

Perinde apud F. HOFFM. (a), eodem in casu
commendantur „rhabarbarina cum passulis mi-
noribus, & tamarindis, vel (quod idem) cum
„cremore tartari, si corpus est biliosum, in
„potione, elæosaccharo citri condita.“ Ad-
camus observationes M. ETTMÜLLERI (b),
„puer 12 annorum dolore, & fluore hæmorr-
hoidum internarum laborabat. Licet igitur
„alvus quotidie esset aperta, idque forsan
„occasione doloris stimulantis, dedit tamen
„sequentem ſēm cum euphoria (præmissis
„libus, sed irritis):

R. ſēm rhabarbari 3j.

Corall. r. 3ß.

Lap. hæmat. gr. V. M.

„Inde enim omnia evanuerunt symptomata;
„& cum post aliquot septimanas idem malum
„recurreret, eodem ſēm denuo curabatur“. Pa-
riter L. HEISTERUS (c) anniculo puero ubi-
rem ab aliquot diebus hæmoirhoidum fluxum
post alvi dejectionem patienti (præviis ante
obortum fluxum torminibus) dedit:

R. Animæ rhei 3ß.

Su.

(a) L. c.

(b) Obf. med. 303. Opp. T. 2. P. 2. p. 433.

(c) Medic. chir. u. anot. Wahrneku. 2. Band.
Nro. 221.

Sumat mane, versus meridiem, & 6ta
vesperi gtt. xij. ad xv. Porro

R. Lap. 69. citrat. 3ij.

Corall. r. ppt. 3j. M. F. ℥.

S. vesperi ad cultri cuspidem. Ab horum
usu fluxus desinens cum non multo post redi-
isset; imperatus ulterior horum remediorum
usus. Idem (*a*) seni 60 annis majori assidu-
um a femestri hæmorrhoidum fluxum multis
cum doloribus, extenuatione, viriumque la-
psu passo, post multa ab aliis medicamenta in-
cassum data præscripsit:

R. Rhei 3j.

⊖ ⊕ ri 3j. coqu. in

▽æ font. 1b. Colat. 3vij. adde

▽æ Cinnam. c. v. 3j. M.

S. mane, 3tia a meridie, & ante somnum
Cochl. j. Intra 14 dies fluxus, doloresque
fere prorsus conquevere, & appetentia, hac-
tenus omnino nulla, rediit. Ab ulteriori
itaque remedii m. & v. usu senex convaluit.
O. BORRICHUS (*b*) tantum rheo confisus
est, ut neque gravidis immodico hæmorrhoi-
dum fluxu laborantibus obsfuturum censuerit.

„Quo-

(*a*) Ibidem Nro 466.

(*b*) L. c.

„Quoties autem (dicit ille) gravidæ supervenit fluxus hæmorrhoidum (ut sit quandoque), & is nec quiete, nec leniter adstringentibus sistitur, ægra interim quotidie lanquidiore, ambiguum est, utrum rhabarbaro locus sit? Sed certum, potius isthuc veniendum, quam cum evidenti periculo vel fœtus, vel pueræ, vel utriusque rem naturæ beneficio permittendam. Qui fortioribus hic insistit, raro ita circumspete rem transfigit, ut non alterutri immineat exitium“. In aliis vero extra graviditatem casibus quantum ægris solum rhabarbari infusum commodi attulerit in immodico hæmorrhoidum fluxu, paulo ante ex eodem Auctore vidimus (a).

§. LXIV.

3. *Cautelæ* denique in catharticis adhibendæ tamquam corollaria e præcedentibus sequentes eruuntur:

a) Iterantur, si opus sit, cathartica in diuturniori, ac rebelli hæmorrhoidum fluxu, ut id superius (b) M. ALBERTI cum rheo faciendum præcipit.

b) *Ta.*

(a) Vide §. præced. (e)

(b) Ibidem (d)

b) *Tamarindi rheo* præferuntur, vel certe junguntur, ubi manifesta colluvie bilio-sæ signa præsto sunt, ut id recte a F. HOFFE-MANNO (a) est notatum

c) *Tonica pulchre catharticis* junguntur, ubi alvus dura, difficilisque cum intestinorum laxitate hæmorrhoides vel causat, vel sovet. Hujus commatis exemplum R. LENTILIUS (b) literis prodidit mulier ad 24. annos nata, leucorrhœam diu passa, quater partu levata, post difficultem ante trimestre partum cœpit alvi constipatione vexari cum laboriosissima durorum scybalorum egestione. Post 6 hebdomades accessit hæmorrhoidalis tenesmus cum varicibus ani. Alvus quotidie cum vix tolerando labore, ac dolore feces cum sanguine reddebat. Ardor lotii aderat. Lactabat puerum; menstruis carebat, quæ semper alias lactans experiebatur. Cetera & appetebat, & dolore cessante bene habebat. Cum a bolo & pulpæ cassiæ ʒ. β. cum ʒ. Haly rec. 3j., & laud. op. gr. j. sumto nil levata fuisset, post stridie datum electuarium;

R. Conf. fl. symphit.

— — Salv. aa ʒ. β.

Pulp. Cassiæ ʒ. j.

Thur.

(a) Ibidem.

(b) Jatromnem, theor. præst. P. 2. C. 7. p. 40.

Thur. mafc. succ. a. ppt.

Corall. a. ppt. $\frac{ii}{iii}$ 3j.

$\ddot{\sigma}$ Haly. rec. 3ij.

Syrup. rosar. ficc.

— de Symphit. FERNEL $\frac{ii}{iii}$ q. S. F.
elect. molle. S. M. & V. juglandis magnitu-
dine.

Anus & varices ungantur calide sequen-
ti litu:

R. Unq. SCRETAR ad rhagad $\frac{ii}{iii}$ β.
Mucil. sem. cydon. ∇ a malv. extr. 3j. M.

Ab his ægra sensim integrum recuperavit
valetudinem, sola superstite leucorrhœa. Lu-
culentior etiam est casus I. c. SPROEGELII (a):
civis hæmorrhoidibus cœcis laborans repente
insigni stranguria calculum vesicæ mentiente
correptus est, cum tanta sphincteris vesicæ
contractione, ut catheter calculi præsentiam
detecturus spasio, ac dolore prohibentibus
nullatenus indi potuerit. Unde cum malum
non tam a calculo; quam hæmorrhoidibus
ortum esse liqueret, datum 3tio quovis die
per 3., vel 4. vices eccoproticum ex $\ddot{\sigma}$ ti dul-
cis gr. v. cum s. q. conservæ rosarum, inter-
positusque usus \mathcal{R} æ. \mathcal{G} . cum vino malvae
tico.

(a) Misc. nat. cur. Cent. 7. Obs. 67.

tico factæ. A prima catharsi mox omnis vesicæ dolor, ac stranguria desit, continuatisque cathartico, & *R*a ♂ æger ab hæmorrhoidibus cœcis est liberatus.

d) *Antispasmodica* quoque pulchro cum successu adduntur eccoproticis. Hinc euphoristus est nonnullis $\ddot{\text{z}}$ is sequens in omni affectione hæmorrhoidalí:

R. $\ddot{\text{z}}$ antispasmod. rubri.

Magnesiæ \textcircled{O} .

Rhei electi. xx ij . M.

S. bis terve de die cochlear j. caffaceum.

CAPUT III.

DIAPHORETICA.

§. LXV.

III. **D**IAPHORETICA quoque hæmorrhoidariis interdum utilia esse censuit F. HOFFMANN (*a*), idque in immodico præfertim hæmorrhoidum profluvio, si a vitiosa sanguinis tenuioris constitutione provenerit; enim vero „rum quoque temperatiora diaphoretica

(in-

(a) L. e.

„inquit ille), corrigendo, & expellendo
 „acres humores, officium faciunt opportunum,
 „ibi maxime, ubi scorbutici, vel purpuracei
 „aliquid, aut alias exanthematicæ materiæ san-
 „guinis, & seri contextui altius inhæret. Ho-
 „rum in numero sunt C. C. ustum, . . . unicornu
 „fossile, diaphoreticum ♂, acetum vini cum
 „lap. 69. mixtum, ▽a galegæ, florum sam-
 „buci, cardui benedicti, theriacalis, simplex
 „MRA, diascordium FRACASTORII, quæ in
 „potioñem lege artis possunt redigi. Nec pro-
 „letaria virtus est, liquoris anodynæ minera-
 „lis cum 4ta liquoris bezoardici BUSSIANI
 „parte nupti, infusi item theiformis ex mille-
 „folio, veronica, pilosella, aliisque concin-
 „nati, & cum dispositione in lecto, aut con-
 „clavi ad blandum sudorem poti. Atque etiam
 „non possumus non hoc loco merito commen-
 „dere refractam camphoræ dosin ad gr. 5,
 „præsertim quando nitrosis & bezoardicis
 „♂bus commiscetur; hac enim ratione acris,
 „& caustica materia, quæ sœpe spasmorum
 „æqualem sanguinis commeatum turbantium,
 „& hæmorrhagiam largam inducentium causa
 „est, obtunditur, & foras ejicitur, simul ad-
 „stringentium, & anodynorum vis tantisper
 „ne noceat, refroenatur. Itaque non ineptus
 „censendus ille Veterum mos, quo campho-
 „ram præcipuis ad sistendas etiam hæmorra-
 „gias medicinis commiscerunt, ut ut exigua
 „admodum dosi, cuius generis sunt species de
 „hyacintho, diatrimon santali, diatrimon Abba-
 „nis, trochisci de carabe, sperniola CROLLII,

„nec non famigeratissimus HEURNII ad sisten-
 „dum sanguinis fluxum pulvis“. Omnia hæc
 ut vera sint; nihil tamen effatu dignum a dia-
 phoreticis in hæmorrhoidalibus malis præsti-
 tum apud observatores reperi; nisi forte ti-
 tulo camphoræ cum TRa. ʒii exhibitaæ huic
 referenda est F. HOFFMANNI (a) observatio:
 „Judæus annorum 50, natus patre hæmo-
 „rrhoidario, & ipse a prima statim ætate san-
 „guinis stillicidiis, in variolarum quidem, &
 „morbillorum morbo e naribus, ac postea
 „hæmoptysi obnoxius, 40 anno cœpit pri-
 „mum pati hæmorrhoidalem fluxum, qui po-
 „stea singulis fere mensibus, ac nonnunquam
 „sub fortiori, in itinere maxime, corporis
 „commotione rediit effusio. Quod cum sine
 „sanitatis detimento contingaret, tulit pa-
 „tienter; sed cum aliquot abhinc annis in-
 „sisteret profluvium diutius, idque largum;
 „inde admodum fuit debilitatus, & appeten-
 „tia cum digestione labefactata. Quare ut
 „auxilium quæreret, fuit coactus ad mode-
 „randum fluxum; ex variis autem, multis-
 „que remediis obtinuit nullum. Optimum
 „tamen tulit ʒ TRa. ex Θe ɻri, & regu-
 „lo ʒii parata, & non tam acris; quam quæ
 „cum ɻo conficitur, in cuius uncia soluta
 „camphoræ ʒβ, & mane, vesperique cum
 „aquaæ frigidæ haustu sumta ad gtt. 20“. Am-
 bi-

(a) Ibidem Observ. 2.

biguum quoque est, essentiæ ne alexipharmacæ STAHLII, an unguento debeatur apud P. H. G. MOEHRINGIUM (a) curatio septuagenerii proceri, macri, turgidis vasis prædicti, qui in hyeme post ventris dolores, & anorexiā, cœbrosque meteorismos hyberno solsticio sub frequenti tenesmo feces cum sanguine egerere cœpit; abhinc vero ad 19am Junij usque jam serum subcruentum; jam flavescentis liquor; jam sanguis merus prodibat, meteorismo nunc facto molestiore, tumidisque varicibus per vices ex ano prostantibus: donec ante novissimum triduum ani inflammatio illi accidisset cum tanto hæmorrhoidum fluxu, ut periturus videretur. Pergente ergo jugi adhuc fluxu cum magno cœcarum hæmorrhoidum ardore, præscripsit Auctor:

R. Mucilag. sem. fænugr.

— — psyll.

— — cydon $\frac{aa}{3} \beta$.

Mastich.

Camphor $\frac{aa}{3} \beta$. vel. q. s. pro unquento ano applicando. Interne vero datae ter quotidie gtt. 50. essentiæ alexiph. STAHLII.

Ab his brevi post dolores, & fluxus defierunt, varicesque evanuerunt sine ullo in triennium

(a) Histor. medic. Obs. 23. p. 176. sq.

ennium inde alio malo consecuto. Paratur autem essentia dicta (a) huncce in modum:

- R. Rad. imperatoriaæ
 — angelicæ
 — helenii aa 3j.
 — hirundinariæ
 — pimpinellæ
 — carlinæ aa 3jß.

Herb. scordii 3ij.

V rectif. **H** ijß.

Post sufficientem extractionem exprimantur, & per filtrum trajecta essentia servetur. Dosis a gtt. 40. ad 50. Non est autem hic omitenda MRA tonico-nervina STAHLII dicta, quam d. w. TRILLERUS (b) hunc in modum conficiendam sifit:

- R. **R**æ **O**ii regulinæ 3ii.
 Ω C. C. rectificati 3j. M.

Præparationem autem **TR**æ 3ii, quam STAHLIUS (c) alcalinam acrem vocat, apud ipsum videre est. Neque vero proportio horum duorum semper esse debet, ut 2. 1; nam pro

(a) TRILLER dispens. pharm. T. 2. p. 270.

(b) Thesaur. medicam. T. 2. p. 414.

(c) Colleg. casuall. magn. Cas. 69. p. 686.

pro re nata jam unius; jam alterius copia major sumi potest (a). Præfert autem Auctor hoc remedium in cohibenda quavis hæmorrhagia omnibus aliis cohibentibus, & adstringentibus, quod istis multo illud sit securius, & cito, facileque illas sistat, aut certe moderetur, si ter quaterve per diem exhibeatur ad gtt. 30. 40.: id quod multiplici se experientia edoctum esse testatur (b).

CAPUT IV.

SOLVENTIA;

§. LXVI.

IV. SOLVENTIA ex incidentibus, ac diluentibus conflata in hæmorrhoidalí morbo summi sunt usus; quando quidem hæmorrhoides symptomaticas ex lentore, & obstruktione viscerum enatas, cum cœcas; tum immodicas tollunt, criticas vero promovent, suppressas denique ob lentorem provocant, acrimoniamque humorum emendant, &c. Hinc recte

G.

(a) Ibidem casu 39. p. 411.

(b) Ibidem casu 4. p. 28, casu 6. p. 108. casu 14. p. 183. &c.

G. G. LUDWIG (a): „primaria medici cura
 „eo tendat, ut liberam sanguinis circulatio-
 „nem quemadmodum in corpore universo, sic
 „in systemate venæ portæ præcipue restituat,
 „ideoque elaborationem humorum omnium
 „non solum ratione primæ digestionis; sed
 „etiam in massa sanguinis, & omnibus inde
 „deductis humoribus adjuvet. Hoc resolven-
 „tia efficiunt medicamenta diluentibus juncta;
 „quæ cum diversissima sint, dispositioni cor-
 „poris ægri omnino accommodari debent“.
 Id est, pro varia lentoris in humoribus natura
 varia etiam solventia locum habent. Namque
 in mucosa diæthesi salina blanda cum aquosis
 prosunt; sed „quoniam . . . pituitosa humo-
 „rum indoles, inquit LUDWIG (b), rarissime
 „hæmorrhoides conjunctas habet, ad atrabi-
 „liariam præ reliquis respiciendum est, quæ
 „stenacitatem summam monstrat, & nigrum,
 „nimisque crassum cruorem offert. Hanc au-
 „tem dispositionem corrigunt potissimum ama-
 „ra plantarum extracta, gummi saponaceis
 „juncta; cum in his vis nervina simul emine-
 „at, quæ spasticas tensiones corrigit, & inde
 „(in primis ubi diluentia, leniter resolventia
 „in ptisanis simul addi possunt) circulum hu-
 „morum omnino liberiotem reddunt“.

Contra

(c) Adversar. med. pract. Vol. 2, P. 3. S. 1.
 p. 396, sq.

(b) Ibidem p. 397. sq.

tra ea, ubi hæmorrhoides cum phlogistica sanguinis spissitudine, ac febre inflammatoria furunt, antiphlogisticis, subacidis, nitrofisique opus est. In hæmorrhoidal illa Ill. STÖRCKII (a) febre post sanguinem pro magnitudine morbi dentum „si dein decoctis antiphlogisticis, nitrofis, subacidisque alvus leniter aperta, & fluxilis reddita est, tunc morbus cito levabatur. Qui decocta subacida, & „nitrosa ferre non potuerunt, his demulcentia, emollientia, & oleosa profuere“. Sunt autem ex classe solventium aliqua, quæ in hæmorrhoidal morbo præprimis se commendant, nempe

§. LXVII.

i. *Nitrum* hic præcipue laudatur, non modo, quod ad omne lentoris genus subiendum; verum etiam, quod ad orgasticum sanguinis motum temperandum sit eximiarum virium; quo posteriore scopo teste G. R. STAHLIO (b), „omnia alia medicamenta facile post se relinquunt“.

HELWICHI (c) sacerdoti e S. J. nimium hæmorrhoidum fluxum cum æstu vago, aliisque sympto-

(a) Ann. med. 2. p. 151. sq. confer. §.

(b) Diss. de hæmorrhoid. internar. motu Cap. 6. p. 26.

(c) Histor. morborum Vratisl. p. m. 22.

symptomatibus ad omnia rebellem præscripti
ad domandam sanguinis ebullitionem fis Osi
 i na dosis oxyus minuit, altera prorsus cohibuit.
Nitrum ideo ciunabari addita, est summe
temperans, & nitroso cinnabarina scopo
temperante STAHLIANIS, ac HOFFMANNIA-
NIS usitatissima fuere Pauca quædam exem-
pla e STORCHIO videamus. Viro (a) sanguineo,
& eufarco 60 annorum, subinde insultus
podagræ pati solito, & ob hæmorrhoides so-
liro parcus procedentes ab aliquot hebdoma-
dis dysorexia laboranti, a sequenti pulvere
promotus hæmorrhoidum fluxus paulo post
appetitum reddidit :

- R. fis antispasmod. $3j.$
— arcan. dupl.
— magnes. alb. xx . $\text{ij}.$ M.

Divid. in 5 doses. S. m. & v. unam.
Porro (b) vidua hæmorrhoidas immodicas
cum tenesmo, ad syncopen usque vehementi,
passa, ab usu sequentis fis convaluit :

- R. fis antispasm.
— O. purif. aa. $3j.$
— magnes. alb. $\text{ij}.$ M. div. in 8 doses.

Deni-

(a) Prax. casual. med. T. 2 . cl. 4 . p. 445.

(b) Ibidem p. 444.

Denique (*a*) opifici 30 annis majori, ac macro hæmorrhagiæ narium, hæmoptoë, ac hæmorrhoidibus simul sine causa manifesta laboranti hæmorrhagiæ omnes desiere ab usu hujuscē ſēis:

- ℞. ♂ antispasm.
- ♂ purifs. ʒ. 3j.
- corall. r. ʒj. M.

Divid. in 7 doses. S. quavis 3. vel 4. hora unam ex aqua fontis. Nescio quid singularis virtutis abditæ infit salibus mediis præter vim solventem ad ſpasmos quoque fedandos, hæmorrhagiasque compescendas; de sale certe communi eadem hodie, quæ nitro tantum STAHLIUS attribuit, referuntur. SCHIPPEN teste MICHAELIS apud A. G. RICHTERUM (*b*) vehementifſimum ex ano sanguinis profluviū exhibito ſalī vesci cochleari ſtitit, & SCHIELE intra pauca momenta horrendam hæmorrhagiā eadem illius doſi cohibuit in viro, quem in via reperit.

§. LXVIII.

2. *Arnica* quantis polleat solventibus vi-
ribus, docet insignis ejus efficacia in contu-
fio-

(*c*) Ibidem p. 406.

(*b*) Chirurg. Biblioth. 7. Band, 3. St. 2. Beytr.
P. 582.

sionibus ad grumosum sanguinem attenuandum: plurimum proinde etiam in liquando sanguine coacto atrabiliario ab eadem est exspectandum. Idcirco si ab nimio ejus lentore, ac spasmis concurrentibus hæmorrhoidalis fluxus fuerit interceptus, arnica, cum & solvens, & nervina sit, utrique medebitur, attenuatoque cruore, ac spasmis sublatis fluxum procurabit. I. F. HENNING (a) decoctum hujus herbae ad revocandum hæmorrhoidum fluxum semper cum fructu præbuit usurpandum. „Mullier e metaschematismo hæmorrhoidalii incongrue concitato stasis sanguinis circa venam hæmorrhoidalem internam incurrens sphacelosam, insigne levamen sensit ab usu herbæ nostræ infusæ (ut ut ob subsequentem sphacelosam vicinarum partium corruptionem non potuerit omnino malum tollere), siquidem quoties adhibuit istam, non solum molimina excretoria suborta; sed etiam aliquoties sanguinis grumosi foetidi corrupti per sedes expressio cum levamine. Si mature in cura fuisset habita, ægra indubie fuisset cibilis“.

§. LXIX.

3. TRa gii acris cum liqu. anod. min.
HOFFM. in suppresso hæmorrhoidum fluxu re-
vo-

(a) Annal. Vratisl. Tent. 22. A. 1722. No-
vembr. cl. 4. art. 15. S. 2. p. 581.

vocando probatissima esse a G. SCHUSTERÖ
 (a) perhibetur. „Duo senes sexagenarii (nar-
 „rat ille) hæmorrhoidalem fluxum haætenus
 „regulariter experti, nunc vero eodem desti-
 „tuti auxilium meum rogarunt, ejusque restitu-
 „tionem desiderabant. Consideratis, probeque
 „perpensis circumstantiis utrique præbui
 „TRam ʒ ii acrem cum æquali proportione
 „liquoris anodyni conjuncta, hujusque
 „MRAæ gtt. 40. bis vel ter quotidie sumere
 „jussi. Optatus votis respondebat eventus,
 „dum paucorum dierum vix elapso intervallo
 „confusa hæmorrhoidalis recurrebat excretio,
 „debitoque ordine dein cum euphoria con-
 „tinuabat, similemque dein effectum hoc re-
 „medium in aliis etiam subjectis præstabat“.
 Sane si MRA hæc ex incidente TRa ʒ ii, &
 antispasmodico liquore anodyno confata
 cum arnicæ indole conferatur, liquebit ra-
 tio, cur suppressas hæmorrhoides revocandi vi
 polleat.

LXX.

4. Flores ♀ ad stases hæmorrhoidales
 discutiendas, ortaque ab iisdem symptomata
 mitiganda ultra fidem pene sunt efficaces, præ-
 fertim vero ad alvum adstrictam tenesmoden
 facile referandam. Hosce in usus flores, aut
 lac

(a) Nov, act, nat, cur, Tom. 2. Obs. 4.

lac sulphuris commendat P. G. WERLHOF (a)
 „plerumque (inquiens) ad $\frac{1}{2}$, integrumve
 „drachmam, imo saepe ad aliquot drachmas
 „datum, & repetitum (Δ regeneratum seu
 „flores Δ) aluum cum foetore sulphureo sol-
 „vit, & asthmaticæ oppressioni, & colicis do-
 „loribus, cardialgicisque ... egregium leva-
 „men præbet“. Imitatus hoc consilium i. c.
 STUNZER (b) præbens in alvo adstricta, &
 inter desidendum dolorifica m., & v. florum
 Δ 3*β.* „levamen, ut in plerisque ægris ob-
 „servavi (ait), admodum celeriter consequi-
 „tur“. Haud secius LENTIN (c) testatur do-
 lentissimum tenesimum, qui alvi excretionem
 excipit, lacte sulphuris quotidie ad ϑ dato,
 enematibusque ex herbis emollientibus cum
 femin. Siliquæ dulcis coctis, fuisse lenitum.
 A. HAENIO hisce in malis familiare fuit se-
 quens electuarium :

R. *Pulpæ tamarind.*
 — cassiaæ $\frac{aa}{2}$ $\frac{5}{ij}.$

Nitri puri

Fl. Δ $\frac{aa}{2}$ $\frac{3}{ij}.$ M. S. omni mane $\frac{1}{2}$ par-
 tem, superbibendo seri lactis calidi $\frac{1}{2}$ $\beta.$

In-

(a) Obs. de febrib. Sect. 3. §. 6. Opp. P. n.
 p. m. 131. sq.

(b) Ueber die goldne Ader p. 70.

(c) L. c. p. 164.

Insunt huic formulæ tamarindi superius
 (a) jam laudati, tum nitrum (b), & Δ ris
 flores, omnia ad alvum apertam tenendam,
 lentoremque, & stases auferendas probatissi-
 ma. Et sane cum salibus mitibus sulphur hic
 junctum longe evadit efficacius, optimeque
 ei vel nitrum, vel tremor \square ri adjicitur.
 Posteriorem utiliter sequenti in casu junxit
 A. DUNCAN (c): olitor 47. agens annum, ro-
 bustus, florida facie, totius primum cutis
 pruritus; & cephalalgia cum levi vertigine
 correptus est, queis post aliquot hebdomas
 evanidis successit vehemens, & assiduus circa-
 num dolor, ab incessu, & alvi egestione
 auctior, & post quamlibet alvi dejectionem
 sanguis plerumque prodibat fere semper pu-
 rus, ac liquidus. Anum tubercula parva le-
 viter inflammata obsidebant, e quibus dolo-
 rem, & sanguinem rebatur proficisci. Pulsus,
 calor, appetentia, alvus secundum naturam.
 Præscriptum:

B. $\ddot{\chi}$ crem. \square ri
 Fl. Δ \overline{m} 3ij.

Syrup. Simpl. q. S. M. F. Electuarium.

S.

(a) Vide §. 63. (c).

(b) Vide §. 67.

(c) Cas. medic. 9.

S. ter de die 3j. Mota inde leniter alvus, dolor, & sanguinis excretio imminuta, ægerque intra ostium convaluit, levi tantum externo dolore superstite. Eadem miscela feliciter usus est F. C. KREBS (*a*) in provectionis ætatis muliere cœcis hæmorrhoidibus ardentibus vexata, quæ sumpta pro potu communi ptisanæ e radice centinodæ, adhibitoque ad varices ope spleniorum litu ex li- quore vegeto-minerali GOULARDI; & oleo liliorum alborum anatice mistis (a quo ardor brevi leniebatur), nec non sequenti ḡe usurpato, evanidis post aliquot dies, varicibus, plane convaluit:

R. Crem. ♀ri ȝj.

Flor ♀ris ȝȝ. M. F. ♂ dividendus in doses xvj. S. ter vel quater de die Nro. j.

S. LXXI.

S. Aquæ soteriæ denique summo huc jure sunt referendæ, ut quæ & incidenti suo salino principio, & diluente aquoso vehiculo solventem suam indolem prodant, maloque hæmorrhoidalí præclare sæpe medeantur. Ve- rum & delectu quodam earum, & cautelis quoque sub usu opus est, ne dum prodeſſe volu-

(a) Medic. Beobacht. 1. Band 4. Heft. 3. Beob.
Nro. 5. p. 23.

volumus, magis æger inde lædatur. Quantum ad illarum delectum; cavendum est, ne nimis aut diuresin, aut catharsin cieant; „nunquam enim“ monente M. ALBERTI (a), „tam eximiam fiduciam in aquas sic dictas „soterias conjicere libet, quæ dum frequen- „tiorem alvi, & urinæ excretionem alliciunt, „motus hosce hæmorrhoidales, si semel im- „moderati sint, in hisce regionibus confir- „mant, ne dum quidem principali causæ leni- „endæ, & cum constanti effectu mitigandæ „satisfaciunt“. Porro etiam cavendum, ne per initia, quæ tonicæ magis; quam solven- tes sunt, usurpentur; prius enim lenti hu- mores liquandi; deinceps vero vasa roboran- da sunt, secus enim inverso hocce ordine obstruktiones ars producet: nec nisi sub finem curationis aquis tonicis, ut sunt ♂les, lo- cus dandus. Hinc apposite ad rem LUDWIG (b): „curatio, quæ fit per aquas medicatas, „thermas Carolinas potissimum, & acidulas „Egranas, in hisce ægris nonnunquam ex „voto succedit; sæpius tamen præstat tenaci- „tatem humorum, antequam aquæ ingeran- „tur, ope medicamentorum, quæ antea com- „memoravi ad resolutionis initia ducere, „quo

(a) Diss. de hæmorrhoidib. hereditariis (4^o
Halz 1727. Resp. F. G. MEYERNBERG)
§. II. p. 33.

(b) L. c.

„quo illæ promptius per corpus transeant. In-
 „primis & quidem tum, cum viæ viscido te-
 „naci scatent, aquas Scydschützenes cum
 „pilulis ex amaris, gummi saponaceis, & sa-
 „pone ipso paratis præmittere juvat, quo po-
 „stea purgante medicamento idoneo exhibito
 „ ∇ æ \circ les Pyrmontanæ, vel Spadanæ sub-
 „jungantur. Requiritur enim in aquis pene-
 „trabilitas aquæ subtilis, moderata vis salina
 „resolvens, et tandem \circ le principium robo-
 „rans“. Tum ubi de Væ. Sc. sub usu harum
 aquarum necessaria (de qua alibi dicetur)
 monuisset, subdit: „hac medendi methodo
 „pro varia ægrorum indole varie ordinata
 „sæpe molimina hæmorrhoidalia ita dissipata
 „sunt, ut venæ varicosæ, & nonnunquam tu-
 „bercula bene magna disparuerint“. Prudenti
 ita aquarum soteriarum delectui plurimum
 etiam tribuit f. HOFFMANNUS (a) in immodico
 hæmorrhoidum fluxu, si ab obstructis visce-
 ribus oriatur, compescendo. „Nil vero (in-
 „quit ille) ad expedienda obstructa aqueis,
 „& diluentibus est præstabilius: unde quam
 „optime in usum trahuntur minerales aquæ
 „subtilitate, atque temperie nobiles, quarum
 „classem ducunt Antonianæ, Vildungenfæ,
 „& Selteranæ, vel cum, vel sine lacte potæ.
 „Et certe prudens ac moderatus harum aqua-
 „rum ad aliquot hebdomades sub debito re-
 „gimine,

(a) L. c. §. 3. curat

„gimine, & interpositis pilulis dictis (BECHERI, rheo tamen in locum aloes suffecto largius), nec non elixirii balsamici temperati. His pharmaci mixtura acuati usu continuatus potus palmam præripit reliquis cunctis“. Haud multum tamen G. E. STAHLIUS (a) his aquis in affectionibus hæmorrhoidalibus defert dicens: „usus acidularum . . . uti corporibus alio quam poroso, sanguineo prædominante habitu præditis nunquam suadendus est; ita habet hoc incommodi, quod vix ad annum levamine, si quod adfert, se extendat; imo communissime; nisi vertente illo anno, & pluribus deinceps repetatur, non solum eadem sed graviora in dies symptomata subsequantur“. Verum quousque vel hæc STAHLII; vel illa aliorum observata vera sint, optime (opinor) nos variæ apud varios fontes soterios collectæ a Practicis ægrorum historiæ edocebunt; & ne universi orbis fontes in medium adferamus, sufficerit aliquos tantum hic nominasse, quos inter pertinent.

a) Bourbonenses thermæ, quarum in **15** dicuntur incise salis medii mitissimi gr. 63, terra absorbens cum paucō selenite, ac pauxillo cōtis. De harum efficacia sequentem refert

(a) L. c. p. 27.

D 2

refert CHEVALIER apud ROUX (a) observationem: virgo 22 annorum a 5 vel 6 annis dolores stomachi & intestinorum ter, vel quater quotannis patiebatur. Menses inordinate fluebant cum animi defectionibus imperfectis quidem; sed diuturnitate sua admodum fatigantibus. Inquieres, melancholia, magnaque puellæ alias alacris, & excitatae inertia, atque isthæc accidentia unam, duasve hebdomades durantia, ac bidui, triduive tenesmo cum internis hæmorrhoidibus finienda, concomitans, præcedensque spasmatica abdominis tensio, affligebant. Adhibitis incassum domesticis balneis cum calidis, tum frigidis, aliquique remediis, nec plus opitulante biennali aquarum de Luxeuil interno, externoque usu tandem potis anni insequentis vere, & autumno aquis de Bourbonne puella prorsus convaluit.

b) *Carolinæ thermæ ad provocandas, vel suppressas hæmorrhoides fluentes revocandas teste F. HOFFM.* (b) sunt longe efficacissimæ: „in iis . . . malis (inquit iste), quæ „a suppresso, deficiente, vel minus recte „succedente mensium, vel hæmorrhoidum „fluxu pendent, non certius, non securius,
„non

(a) Journ. de Medec. T. 33. Juillet. 1770. p. 39. Obs. II.

(b) Med. rat. Syft. T. 3. S. 2. C. 5. §. 8. theorem. 6. Opp. T. 1. p. m. 440.

„non efficacius præsidium deprehendi prudenti
 „aquarum mineralium in primis thermarum
 „Carolinarum mitiorum interno, & Tœpli-
 „censum externo usu, qui omnibus medendi
 „indicationibus apprime satisfacit; potu quip-
 „pe thermalis aquæ humores lenti inciduntur,
 „& evacuantur, obstructiones minimorum tu-
 „bularum expediuntur; balneo vero aquæ
 „Tœplicensis, quæ omnium levissima, con-
 „stringente terreo principio orbata strictræ
 „remituntur, ipsaque vasa ampliantur, ut
 „sanguinem affluentem promte admittere, ca-
 „pere, iterumque eructare possint“. Neque
 id quidem mirum, cum ∇^a harum therma-
 rum salem catharticum, & \mathcal{G}^m , a queis par-
 tium inferiorum hæmorrhagiæ cidentur, con-
 tineat, quæ etiam DCLII (a) viro molimina
 hæmorrhoidalia ad fluxum cum euphoria per-
 duxit: unde non sine providentia medica
 hujus ∇^a usus est præscribendus; vetan-
 dus vero iis, qui ob vasorum plenitu-
 dinem ad uberiorem vel catameniorum, vel
 hæmorrhoidum fluxum sunt proclives. Ita
 apud M. ALBERTI (b) „mercatoris cuiusdam
 „conjux . . . lautæ, & luxuriosæ vitæ dedita
 „non

(a) Vide §. 55. N. 9. (h).

(b) Diss. de hæmorrhoidum prudenti therapia per
 acidulas, & thermas (4to. Halæ 1719. Resp.
 I. H. WACHSMUTH) §. 12. Tract. de hæ-
 morrhoid. P. p. 177.

„non modo largis menstruis; sed & frequen-
 „tibus lochialibus fluxibus purgabatur, & post
 „mensum cessationem strenuum hæmorrhoi-
 „dum fluxum experiebatur; quæ vero hujus
 „fluxus pertœsa ad thermas Carolinas migra-
 „vit, sub quarum usu non modo fluxus hæ-
 „morrhoidalis cum impetu recurrebat; sed &
 „hæmorrhagiam uterinam in consortium suum
 „ducebat, ut necesse fuerit ab usu illarum
 „thermarum abstinere, & alia auxilia in subsi-
 „dium adhibere. Rediit hæc femina tota ta-
 „bida, oedematosa, & asthmatica, neque ul-
 „tro thermas illas adire anhelavit.“

c) *Heilsbronnenses* in referando hæmo-
 rrhoidum fluxu perinde efficaces teste G. C. FE-
 VERLINO (a), cuius „vir quidam 48 anno-
 rum, staturæ gracilis, & mediocris, vitæ
 „sedentariæ addicetus, jam inde a 6 vel 7 an-
 „nis hæmorrhoidibus, per intervalla non sine
 „magna subinde molestia, & doloribus fluen-
 „tibus, laboraverat. Quod si non succede-
 „ret fluxus, adeo male in dorso habebat;
 „tamquam fustibus contusus fuisset. Post-
 „quam fons noster iterum repertus fuit, il-
 „lius aquis sæpe usus est pro siti sedanda, &
 „infuso theæ parando, indeque hunc fructum
 „retulit, ut hæmorrhoides promte, facileque
 „fluant. Idem mihi retulit, se nosse amicum
 „in

(a) *Commerc. Nor.* T. 1. Spec. 41. Nro. 5. p. 325.

„in nostra vicinia, qui eundem effectum an-
„notaverit; quin a certis hominibus se per-
„cepisse, quod aliqui plebeji homines, qui
„hæmorrhoidale negotium non cognitum ha-
„bent, aquarum nostrarum usum propterea re-
„formident, quod viris lumborum doloribus
„obnoxii sanguinem per alvum educat.“

d) *Helmstadienses*, de quarum efficacia
sequentem casum refert. L. HEISTERUS (a):
„vir 45 annorum, temperamenti cholericico-
„sanguinei, diætæ vinosæ assuetus, aliquot
„jam annos podagricus, & fluxu hæmorrhoi-
„dali vexatus, corripitur autumno anni præ-
„teriti fluxu hæmorrhoidalii nimio eum in
„modum, ut sæpius in die duas, & ultra per
„vasa hæmorrhoidalia effuderit libras. Con-
„junctus simul erat dolor spasticus in abdo-
„mine, præsertim in regione hypogastrica fi-
„xus. Facies, ac reliquus habitus corporis
„externus evadebat cacheoticus; tumor ad-
„jungebatur pedum oedematosus; appetentia
„demum magis adaucta; quam imminuta. Va-
„ria per totam hyemem, ac veris initium huic
„morbo opponebantur remedia a præstantissi-
„mis in arte viris præscripta, quæ quidem sæ-
„pius magnum attulerunt levamen; morbum

„au-

(a) *Diff. de fonte medicato prope Helmstadium*
(4to Ibid. 1756. Resp. G. E. RAHLWES)
§. 30. p. 50.

„autem perfecte superare haud potuerant.
 „Proprio interim consilio, magnaque in hunc
 „fontem fiducia adductus . . . imo die, ad-
 „dita salis anglici amari ȝj, assumit ȝbj; se-
 „quentibus autem diebus dosi semper magis
 „adaucta quotidie ȝbj, & ultra bibit. Primo
 „die quidem per alvum (uti huic fonti in
 „multis aliis mos est) magis operationem
 „suam praestitit; reliquo autem tempore per
 „diuresin optime processit, maximumque attu-
 „lit levamen: color enim faciei pallidus, &
 „cachecticus mutabatur in vividiorem; pedum
 „intumescentia plane cessabat; dolor spasticus
 „intestinorum remittebat, ac fluxus hæmo-
 „rrhoidalis sensim imminuebatur, sic ut nunc of-
 „ficio suo absque dolore, alioque incommo-
 „do fungi possit.“

c) *Luchonienses* thermæ ad molimina
 hæmorrhoidum dissipanda, vel salubrem ea-
 rum fluxum provocandum perutiles, quemad-
 modum id CAMPARDON apud ROUX (a) plu-
 ribus in hæmorrhoidariis observavit. Potu
 enim earum e scaturigine Reginæ, calidoque
 balneo per 8 vel 9 dies adhibito Canonicus
 55 annorum a pluribus iam annis hæmorrhoi-
 dalia symptomata (scilicet spasmodicos dorsi
 horrores, dolorificos, caput petentes vapo-
 res, ac tenesum dysenterico similem) pa-
 sus

(a) Journ. de Medec. T. 19.

sus insigniter est relevatus, plus etiam levan-
dus, si & diutius earum usui institisset, &
sub curatione, ac postea sibi ab zelo confes-
siones audiendi, aliaque ecclesiastica munia
obeundi temperasset. Hujus collega 25 annos
natus perinde a compluribus annis hæmo-
rrhoïdes patiebatur, quarum tubercula identi-
dem inflabantur, subitoque iterum regurgi-
tans ex illis sanguis caput petebat cum vehe-
mentibus, ac minacibus symptomatibus: ea-
propter ad Væ. Ses. in pede, aliaque idonea
præsidia æger configiebat; donec potu aquar-
um e scaturigine Reginæ cum aquis albis mi-
starum, & balneis, quæ quotannis revisebat,
sic satis a periculoso suo statu est liberatus.
Tertius erat vir 55 annorum, hæmorrhoidum
symptomata a multis pariter annis expertus,
nempe: dolores lumborum, stomachi, pe-
ctoris, capitis, vagosque artuum, cum eo-
rundem torpore; ab iterato autem harum
aquarum in, & externo usu plurimum profec-
tit. Quartus agricola 45 annorum, fluxu hæ-
morrhoidum cum cephalalgia, a vehementi
corporis motu exacerbata, & dolorifica sto-
machi imbecillitate per 10 annos vexatus, ab
interno, externoque harum aquarum usu,
quotannis repetito, semper levabatur. Deni-
que senex 66 annorum hæmorrhoides ab 18
annis passus, ani tuberculis omni fere mense
tumescientibus, & quandoque etiam fluenti-
bus, ab hujus aquæ potu fluxum hæmorrhoi-
dum nactus est, qui per 5 annos dein ordi-
nate quovis mense redibat cum euphoria:
unde

unde senex quotannis ad fontem revertebatur; secus omaia pristina mala recurrebant, soli resumto iterum aquatum usui cedentia.

f) *Wernarcenses* in represso hæmorrhoidum fluxu restituendo celebres, quod bini
casibus ostendit M. F. ALIX (a): „cuidam
„fluxerant hæmorrhoides (inquit); post obsti-
„pabantur & excitabant dolores, & oppres-
„sionem pectoris, appetitus, somni defe-
„stum, & alia innumera. Remediis generali-
„bus præparatus aquis Wernarcensibus in,
„externe utebatur, tanto autem cum effectu,
„ut 12mo jam die symptomata evanescerent,
„& hæmorrhoides sicut olim effuerent. Fluunt
„adhuc, & vir bene valet, dum hæc scribo.
„Idem in me ipso expertus sum A. 1774. Sa-
„nitate mea variis ex causis tunc labefactata
„versus hæmorrhoidum periodum ferociibus
„doloribus afficiebat, quia enim non pote-
„rant perrumpere, excitabant cephalæam,
„pectoris oppressionem, vagos artuum, & ab-
„dominis dolores, vigilias, appetitus defe-
„stum, debilitatem, tussim perennem, & an-
„xietates, amabam autem solitudinem. Re-
„mediis generalibus præparatus aquas Wer-
„narcenses potabam, in iisque balneabam.
„Mox convalescebam, & hæmorrhoides re-
„dibant. Remanente autem debilitate A.

1775

(a) Obs. chirurg. Fasc. 3. app. Obs. 5. p. 125.

1775 aquas Brückenuenses, quas anno
 „præterito tolerare haud potueram, in, &
 „externe adhibebam. His plane sanabar, &
 „multo melius; quam unquam valeo.“

g) *Wisbadenses*, quarum vi soluenti,
 & obſtructiones referantī LENTIN (a) tantum
 tribuit, ut de hæmorrhoidum discussione agens
 dicat: „ſaponacea remedia cum aqua Wisba-
 denſis fontis ſimul uſurpata fere ſemper,
 yetiam in morbo jam inveterato, profuere.“

C A P U T V.

E M M E N A G O G A:

§. LXXII.

V. EMMENAGOGA porro hæmorrhoidas a ca-
 tameniis, vel juſto parcioribus, vel plane co-
 hibitis obortas diſſipant promoto, revocato-
 ve illorum fluxu; modo ne ejusmodi funto,
 quæ ſimul hæmorrhoides moovere poſſent, v.
 g. aloetica. Sic J. G. SEGNITZII (b) puellæ
 rusticæ biduum jam fluentia catamenia ex la-
 psu in dorſum, natesque poſt brevem inde do-
 lorem

(a) L. c. p. 162.

(b) A. E. BÜCHNER miscell. phys. med. A. 1729.
 Novembr. cl. 4. art. 5. p. 725.

lorem ocyus substiterant. Evoluto mense appetente periodo fluxus oborta vehementia tormenta cum dorsi dolore, & insolito sensu pressionis in intestino recto ad alvum crebriorem cogente, quo tempore aliquid etiam sickeri sanguinis aliquoties ano prodiit. Post aliquot dies ipsa etiam catamenia cum prioribus doloribus apparuere: sed vix notanda copia; queis brevi iterum post subsistentibus dolores increvere: nec abhinc amplius catamenia in ordinem redigi poterant; perquam molestus autem tenesmus graviter continuabat. Varia remedia domestica, incassum adhibebantur, perstante assidua illa in ano pressione cum spasmis abdominalibus. Consultus demum Auctor octiduo ante fluxus periodum imperat pediluvia ex fl. chamom. herb. artemis. rub. furfurib. hordei, & paucō sale; interne præbuit doses aliquot pilularum polychrest. HOFFM., & MRAM. anti-spasmodicam ex eff. balsam. SLEVOGR., eff. croci, & castorei. ab his pressio in recto, ac tenesmus remisit, ac menses paulo ubiores; sed adhuc cum doloribus processere. Præmissa ergo Væ. Sne. in pede, & aliquot eccoproticis data aliquoties MRA. leniter pel lens e sale volat. oleoso, eff. croci, & castorei, a qua tenesmus, & spasti abdominalis prorsus conquievare; catamenia vero rite, iustaque copia prodierunt, quæ interdum aliqui tensivi abdominalis dolores comitabantur; sed etiam hi sensim ex toto abierunt.

CAPUT

C A P U T VI.

A L O E T I C A.

§. LXXXIII.

VI. ALOE, ubi fluxus hæmorrhoidum vel instans eliciendus; vel parciор promovendus, vel suppressus revocandus venit, est specificum remedium: proinde nunquam alias, quam ubi fluxus dictus est omnino necessarius, attingendum. Eapropter cum jam non pauca de singulari aloes vi ad hæmorrhoides movendas superius (a) fuerint memorata; tum & illud hic adjiciendum, quod non abs re LUDWIGIUS (b) tironibus inculcat: „aloe-
„cisis (ait ille) hoc in morbo multum tribuunt,
„& tentamina crebriora cum fructu facta esse
„confirmant; magis etiam exiguis dosibus in
„variis pilulis, & elixiriis distributis fluxum
„hæmorrhoidalem promoveri dicunt; cum ta-
„men potius de avertendis incompletis nisi-
„bus hæmorrhoidalibus cogitare oporteat.
„Et si vero majores, & salinis junctæ aloes
„doses obefos, præsertim si viscidis humoris-
„bus scatent, bene purgant, & in his etiam
„hæmorrhoidum accessum avertunt; siccantis
„tamen hujus remedii effectus caute tantum

aten-

(a) Vide §. 19. e)

(b) L. c. p. 396.

„tentandus est; cum expertus sciām, ejus
 „usu & obesos sāpius, & laxos ad molimina
 „hæmorrhoidalia dispositos fuisse.“ Unde sa-
 tis liquet, quam circumspecte, ac provide
 cum aloeticis mercari oporteat. Ubi vero
 omnia rite pensata illorum exposcent usum,
 probe porro dispiciendum superest, cum in-
 cidentibusne aloe, an catharticis, vel utris-
 que, & qualibus præprimis sit exhibenda. In-
 ter varia composita pharmaca aloen recipien-
 tia, & ad scopum præsentem indicata primas
 tenent sequentia.

§, LXXIV.

I. *Elixir proprietatis tam dulce; quam*
cum acido paratum, cuius compendiosissinam,
& maxime concinnam formulam complectitur
pharmacopœa Austriaco - provincialis (a):

R. *Essentiæ croci ʒijj.*

— — myrræ

Ræ. *Aloes ʒvj. M.*

Si hujus elixirii dulcis singulis unciis ad-
 dideris 2. os Δris, seu ⊕li gtt. x, habebis
 elixir proprietatis cum acido. Monet autem
G. E. STAHLIUS (b) elixir hoc provide, pru-
 den-

(a) Pars 2. pag. 149.

(b) Colleg. casuall. magn. Casi 14. p. 189.

Denterque esse usurpandum ob myrrham, & crocum, ne sanguis iis nimium commoveatur. Tempestive autem, ac circumspecte datum præclare fese multis in casibus gerit. G. W. WEDELII (a) æger quidam „hæmorrhoidibus „suppressis laborans duobus curabatur reme- „diis, & cache&thtico, & elixirio proprietatis.“ Earundem quoque virium est elixir propri- tatis cum rhabarbaro paratum. C. H. ERNDTEL (b) de febre catarrhalis A. 1720 epidemica agens meminit viri quinquagenario proximi, san- guinei, & a&tu plethorici, qui ex itinere 40 milliarium rigida hyeme confecto hac eadem febre laboravit; in qua licet ab idoneis re- mediis tussis, inquies, astus, ac febris bres- vi evaserint mitiora; tamen in aliquot adhuc dies per molesta superfuit cardialgia gravati- va, & anorexia cum alvo a longo jam tem- pore constipationi obnoxia: datum igitur eli- xir proprietatis cum rheo paratum, & cum oū Ōri dulci remixtum, a quo & cardialgia mitescerat, & cum appetitu hæmorrhoidum simul fluxus ab aliquot jam annis suppressus, nec internis ante medicamentis, nec hirudi- nibus admotis revocandus, præter omnium expeditationem reverius est, ægerque non mul- to inde post plane convaluit.

§. LXXV.

(a) Amœnit. mater. med. L. 2. S. 1. C. 6. p. 257.

(b) Warsaw. physice illustrat. p. 216.

§. LXXV.

2. *Pilulæ aloëticæ variæ, in primis*

a) RUFFI *pestilentiales* dictæ, quæ et si
a variis varie describantur, solam hic formu-
lam Pharmacopœæ Austriacæ (a) dare visum
est; quippe quæ doceat, eas nil esse aliud,
quam elixir. proprie. forma solida:

R. Aloes succotrinæ ʒij.

Myrrhæ electæ ʒjß.

Elixir. propriet. dulcis q. f.

De harum virtute a. HAEN (b) „massa
„pilarum RUFFI (ait) sola quotidie ad gr.
„vj. sumta restituit quandoque intra paucos
„dies retardantes hæmorrhoides“. Hic ta-
men non de modo descriptis pilulis, quæ
re ipsa non RUFFI sed EMMANUELIS *pilulæ*
audiunt; sed de iis intelligendus est, quæ ex
gummi ammon. & aloes succot: ʒ ʒj, myrr-
hæ rubræ ʒß., & mithridatii q. f. conflantur,
ut videre est in veteri Dispensatorio pharma-
ceutico Viennensi (c).

b) BE-

(a) L. c. p. 211.

(b) Prælect. ad h. BOERH. instit. patholog. §.
1236. T. 5. P. 373.

(c) Clas. II. p. m. 148. 152.

b) BECHERI majoris etiam energiæ a multis habitæ: quarum formula est (a):

R. Extract. aloes succotr.

- angelicæ
- hellebor. nigr.
- millefol.
- rhabarbari
- Scordii $\frac{ii}{iii}$ j.

Succi cochlear. expr., & inspiss. $\frac{ii}{iii}$ j.

$\ddot{\sigma}$ Succin. alb. ppt.

— Myrrhæ

— rad. pimpinell. alb.

— gentian. $\frac{ii}{iii}$ $\frac{1}{2}$ j.

Cerussæ antimon $\frac{ii}{iii}$ j.

O. depurati $\frac{ii}{iii}$ j.

Elixir. propri. dulc. q. s. M. F. e $\frac{2}{3}$ j pi-
lulæ Nro. xx. Erant hæ pilulæ familiares ad-
modum j. STORCHIO, cuius ex innumeris
pene casibus, ubi profuere, unicum ac bre-
vem (b) fisto; hæmorrhoidarius corpulentus,
& sanguineus, 50 annis major ab suppresso
hæmorrhoidum fluxu incidit in lævi brachii
rheumatismum; sumto vero M. P. BECHER.,
& purg. $\frac{ii}{iii}$ $\frac{1}{2}$ j. in duo præbia diviso redire
hæmorrhoides cum rheumatismi levamine.

Per-

(a) Ibidem p. 146.

(b) Obs. clin. ann. 4. Octobr. d. 4. §. 3. Nro. 3.
p. 529.

Perinde i. c. FRITSCH (a) „ego (inquit), qui „per 36 annos ex dispositione matris hereditaria fluxu hæmorrhoidum laborabam, ter „ex anomalia hæmorrhoidum podagram ex „periebar. . . . Simul ut dolorem, ac tu „morem sentiebam, STAHLII ſem salinum „ex hujus ipsius methodo per ternas horas „affumferam, & sub tempus dormiendi dosin „unam pilularum BECHER. receperam. Post „methodum hanc 3, aut ad summum 4 dies „continuatam hæmorrhoides aderant, atque „omnis simul dolor cessabat &c“. Tumor superstes idoneis sensim cessit remediis.

c) STAHLII *balsamicæ* denique decantatissimæ, quas Auctor, ejusdemque discipuli ad omnes hæmorrhoidum anomalias procurandas impense laudantes omnibus aliis remediis prætulerunt. Harum in laudem STAHLIUS (b) meminit aulici 50 annorum, vino dediti, variasque affectiones colicas tenesmodis cum alvo subpurulenta, ac fece rubella submucida, non tenaci; sed tragacanthæ simili, & quandoque sincero etiam languine prodeunte, passi, qui quovis mense in triduum summis his pilulis fluxum sinceriores promovit summo cum levamine. Asseverat STAHL-

(a) Commerc. Nor. T. 3. A. 1733. hebd. 40.
Nro. 2. p. 314.

(b) L. c.

STAHLIUS, si vel leviter quis ad hæmorrhoides dispositus sit, ab iis istas provocari, & revocari: exempla hominum novit, molimina tantum hæmorrhoidalia passorum, qui si 6, vel 8 dies pilulis usi sunt, tantum inde in intestino recto turgescientiam perceperunt, ut præ metu staseos ab iis abstinere decreverint. Luculentum etiam ab illis effectum vidit 1. STORCH (a) in macra muliere 50 annorum, crebris ante defluxionibus obnoxia, & per aliquot abhinc annos hæmorrhoidum fluxum experta, quem subsistentem mox mittus cruentus secutus est. Martii 8. cum horripilatione, dorsique dolore clinicæ factæ datum:

R. Ḣ. Θ. amar. 3j.

— antispasm. 3j. M. pro 4. dosibus. Imperati simul dorsi, & hypogastrii fatus ex lacte cum insigni levamine; sed extenuatae jam nimis ægræ parum spei supererat. Die 10. observat quotidie horrorem, ac dein æstum ingruentem una semper hora anticipare, urinæ mutatae nil amplius inerat sanguinis, & dolores dorsi, ac sub mictu desiere; continuatus Ḣ. Die 11. horripilatio emansit. Data TRa ltri cum Ω. Θ. dule. 22 3ij. ad grt. xxv. Die 12. Eucharistia sumta melius habuit, emendatioque die 13. crevit, manente tamen

(b) Obs. clin. ann. 7. Mart. Cl. 4. p. 412. sq.

ramen pristina debilitate. Die 19. ob vehe-
mentes iterum dolores sub mielu lotii pau-
cissimi, albidi, tenui filo exeuntis præscri-
ptum:

R. TRæ propr. M. 3j.

— $\frac{1}{2}$ ri

$\omega.$ \ominus . dulc. $\frac{1}{2}$ 3j. M.

R. $\ddot{\omega}$ \ominus . amar.

— antispasm. $\frac{1}{2}$ 3ij. pro 4. dosibus.

R. Ol. Scorpion. 3ij.

— petr. alb. 3j. M. & aliquot guttis
umbilico instillatis ureterum regio illinatur:
unde egregium levamen. Die 25. ob ano-
rexiam perpetuam data elixirii propriet. cum
rheo 3j. pro duabus dosibus, unde sub vespe-
ram semel dejecit cum euphoria. Hinc MRA
postrema iterata. Aprilis 1. novos motus
febriles cum debilitate quovis vespere ingru-
entes questæ datum:

R. $\ddot{\omega}$ antispasm. 3ij.

Arcan. dupl. 3j. M. pro 3 dosibus.

Postero autem mane \ominus amari 3j. impe-
rata. Die 4. amictæ jam, & obambulanti
præter MRAm refrigerantem consulta simul $\ddot{\omega}$ tio
quovis die dosis pilul. balsam. STAHLII su-
menda, & omni vespera dosis ex ejusdem $\ddot{\omega}$
antispasmodico. Die 17. nunciat se ab octi-
duo omni vespere hæmorrhoides habere, sem-
per

perque in melius proficere: sique toto illo
anno sine medicatione ulteriori sana mansit.
Egregie fese etiam hæ STAHLII pilulæ gesse-
runt referente M. ALBERTI (a) in sexagena-
rio cholericò-melancholico, qui ex corrū-
ptis motibus hæmorrhoidalibus aliquamdiu in-
solita cephalalgia vexabatur; datis autem di-
ctis pilulis non modo probe alvus aperta; sed
etiam copiosus sanguis grumosus alvo excre-
tus cephalalgiam illam mire sustulit. Neque
minus energiæ his pilulis ALBERTI (b) adscri-
bit in immodico hæmorrhoidum fluxu com-
pescendo dicens: „eximiae . . . & singularis
„efficaciæ ad hæmorrhoidalem excessum non
„modo temperandum; sed & justum in ordi-
„nem restituendum sunt pilulæ balsamicæ
„STAHLIANAE, quæ in hoc negotio abunde
„usui, & experientiæ satisfecerunt; ita ut iis-
„dem secure uti liceat: optandum modo ef-
„set, quo laudataæ illæ pilulæ in tali casu ad
„manus essent, ne in defectu earundem aliæ,
„quæ sub hoc nomine circumferuntur, inge-
„rantur; quarum posteriorum effectus non
„nisi malus, & dolosus esse deprehenditur,
„cujusmodi odiosa exempla passim prostant...
Neque

(a) Diss. de hæmorrhoidum consensu cum capite,
& pectori (4to Halæ 1718. Resp. I. WEIS-
BRODT) §. 8. p. 21. sq.

(b) Diss. de hæmorrhoidib. excedentib. §. 26.
Tract. de hæmorrhoidib. P. I. p. 212.

„Neque peccant, aut damnum inferunt, qui
 „sub excessu hæmorrhoidum aliquotis pilulis
 „illis utuntur; sane constant nobis ejusmodi
 „catus, ubi patientes ob excessum hæmo-
 „rrhoidum, & imminentem statum modo ca-
 „chepticum, modo extenuatum, & tabidum
 „pro derelictis habiti, & ultimis fatis com-
 „missi . . . per solum usum earundem pilu-
 „larum non modo a tali funesto eventu præ-
 „servati; sed & ab hæmorrhoidum excessu li-
 „berati in justum fluxus hæmorrhoidalis suc-
 „cessum promoti, & translati . . . integræ
 „sanitati restituti fuerunt, ut nullo adstrin-
 „gente, tonico, roborante, evacuante vel
 „sopiente remedio opus fuerit, atque suspecta
 „symptomata, quæ aderant, iterum placide
 „evanuerint“. Sed quoniam tanti est pilulas
 „has genuinas esse, quæ igitur vera est earum
 compositio? Haud scio, utrum uspiam ex-
 stet, nisi quam J. STORCH in STAHLII col-
 legio casuali magno ab se edito literis pro-
 didit (*a*).

R. Gumm. ammon. aceto Scillit. soluti
 Extract. card. ben.

— fumar. $\frac{aa}{3}$ $\frac{ij}{j}$.

Aloes succotrinæ

Myrrhæ optimæ $\frac{aa}{3}$ $\frac{ij}{j}$.

Gummi hederæ $\frac{3}{3}$ ad $\frac{ij}{j}$.

$\frac{3}{3}$ croci gr. xv. M. F. pil. Dosis gr. xv.

Paulo

(*a*) Casu 19, p. 233.

Paulo aliter in Pharmacopœa Austriaca
(a) descriptæ extant, nempe

R. Gummi hederæ

— juniperi $\frac{ii}{iii}$ jijß.

Extr. aquosi aloes

— — Myrrhæ $\frac{ii}{iii}$ jij.

— card. bened.

— trifol. fibr.

— absinth. $\frac{ii}{iii}$ xv.

— fumariæ

— hellebor. nigr.

— rhei. $\frac{ii}{iii}$ v.

Terebinthinæ $\frac{ii}{iii}$ j. M. F. massa.

Extant denique & pilulae aperitivæ
STAHЛИI, quas ex J. H. SCHULZIO (b) exci-
tat D. W. TRILLERUS (c);

R. Aloes rosatae $\frac{ii}{iii}$ j.

Extr. panchymag. $\frac{ii}{iii}$ j.

Limat. ♂is alcoholisat. $\frac{ii}{iii}$ j. M. F. pil.

Dosis à gr. 5. ad 10. vesperi sumta al-
vum liberam fervat, & hæmorrhoides pro-
movet.

CAPUT

(a) P. 2. p. 210.

(b) Prælect. ad dispens. Brandeb. p. 229.

(c) Dispens. pharm. univers. T. 2. p. 477.

CAPUT VII.

ANTISPASMODICA

§. LXXVI.

VII. **A**NTISPASMODICA hæmorrhoidalibus in malis profligandis tantæ sunt necessitatis, ut raro admodum sine illorum adminiculo medicinam hæmorrhoidibus facere sit integrum. Cum enim omnis pene hic morbus vel a spasmodis originem trahat, vel certe symptomata producat spasmatica & gravia, & numerosa, quotiescumque cum turbis ingruit: satis patet, antispasmodica remedia ab hæmorrhoidum therapia expungi non posse, præfertim ubi atroces dolores ægrum discruciant, ad quos mitigandos anodyna, emollientia, paregorica, &c. adhibere oportet. Horum autem in censu vel maxime referuntur,

§. LXXVII.

1. *Olea preffa* blanda ad rigorem partium spasio contractarum imminuendum, & fluxum inde vel suppressum revocandum, vel difficulter succedentem facilitandum, ac promoven-

movendum. Apud c. f. PAULLINI (a) „ple-
„bejus ad referandas hæmorrhoides suppreisas
„& em ex fl. Verbasci, & linariæ, ac radicis
„ononidis in decocto millefolii usurpabat, &
„paulatim stillare cœperunt; sumto demum
„oleo lini recens espresso cum cerevisia ca-
„lida summo cum levamine fluxere. Subsecu-
„tus autem mox tenesmus: contra quem
„theriacam cœlestem cass. dedi.“

§. LXXVIII.

2. *Oleum DIPPELII*, de quo ita I. E.
HENNING (b): „vir te*n* eramenti sanguineo-
„cholericu*m*, ha*cten* inibus hæmorrhoi-
„dalibus e longinquu*m* vexatus obtinebat a me
„cubitum iturus olei anodyn*i* gtt. 20. in cere-
„visia frigida hauriendas. Somnus insequens
„interruptus erat absque iedigatione, & ulla
„mol*ia*, pulsus magnus, & paulo frequen-
„ti ullus caloris interni p. n. sensus.
„M*er*ec*tio* genitalium absque libidinosa
„cognitione contigit, postea lenis, placidus,
„gratissimusque prorupit sudor, pulsu tum
„temporis maxime quieto. Corpus hinc to-
„tum levatum; motus tamen hæmorrhoidales
ple-

(a) De theriac. cœlest. S. 2. P. 3. M. 2. C. 7.
§. 3. p. 235.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 21. A. 1722. Jul.
Cl. 5. art. 3. p. 115.

„plenarie hac vice non sumpiti. Urina naturali
 „simillima; aures cerumen fluidum præbebant;
 „gravedo autem affligens sublata, & bene
 „fluida facta. Flatus nulli, ut & ruetum
 „ordinariorum defectus. Ventriculus citius,
 „quam antea appetere incipiebat, alvo etiam
 „tardius succedente. Sic hac vice resolutio-
 „nem spissitudinis sanguinis notabilem obti-
 „nuimus, motuumque naturalium secretorio-
 „rum, & excretoriorum conservetam directio-
 „nem. Jam ulterius huic medicamento insi-
 „stendum putavimus, præcipue cum tam egre-
 „gium inde persenserimus effectum. Quia ita-
 „que naufeosum admodum, jam sub saccharo
 „occultare voluimus. Ergo altera vespera
 „dedimus itidem gtt. 20. Nox fuit phanta-
 „sii plena, ac si opium æger sumisset, pulsus
 „cordis, arteriarumque frequente, ac magno,
 „cum levissima quadam angustia præcordio-
 „rum, calore interno in volis manuum mani-
 „festiore, motibus vero hæmorrhoidalibus
 „vix sensu perceptibilibus. Mane ut heri
 „sudore erumpente gratissimo insigne corpori
 „dabatur levamentum; pulsus fiebat iterum
 „naturalis; fauces ante sudorem siccae, ut &
 „næres, postea humescabant, cerumine au-
 „rium & hodie iterum fluido & copioso;
 „urina naturalis consistentiae absque odore
 „alterato, sub insigni tamen ad venerem sti-
 „mulo; appetitu vegeto, motibus hæmo-
 „rrhoidalibus ultra annum spatium doloribus
 „dorsi, sedis, colicisque tormentibus flatuo-
 „sis constanter molestis plane consopitis. Quo
 „simul

„simul attendendum, ante hujus olei adhibi-
tionem medicamenta alia non applicata fuisse,
„excepto per vices, idque rarius contra do-
„lores ḡe antispasmodico STAHLI.“ Ad
spasmodica igitur hæmorrhoidalia molimina
discurienda Oleum hoc est perquam efficax.

§. LXXIX.

3. *Valeriana major*, „ad spasmos, in-
„quit LENTIN, sopiendos nullum adhuc
„remedium reperi, quod Valerianæ majori
„æquiparari potuisset. Sed hic etiam neces-
„sarium est discrimin in sanitate cuiusvis in-
„ dividui observandum: unde jam lac ♀ris,
„jam Θia media, etiam Θem absinthii, ad-
„mis cui, totiesque præbui, donec turbæ
„(sub queis nullum solvens agere valer) con-
„quievere. Isthanc medendi methodum longo
„jam abhinc tempore optimam sum exper-
„tus. Patientia tantum opus est, & exæcto
„pro quovis ægro proprio diæterico regimine,
„ad quod in primis pertinet, ut ad hæmo-
„rrhoïdes proni veneris in usu sibi temperent,
„ad quam nunquam magis; quam ingruente
„periodo hæmorrhoidali stimulantur.“

§ LXXX.

4. *Vinum*. Idem LENTIN (a) „in colica
„hæmorrhoidalali sæpius observavit extraordi-
„narium

(a) Ibidem p. 164.

„narium vini desiderium, quod aliquibus,
„qui se inscio illud biberunt, admodum be-
„ne cessit.“ Sed religioso hic opus est &
vini delectu, & ægri corporis examine,
ut ex causarum (a) notitia facile quisque
dabit.

§. LXXXI.

5. *Scrophularia* viroso suo fecore, &
amarore similis opio jam dudum ad leniendos
hæmorrhoidum dolores impense commendata
fuit: unde I. H. SLEVOGT (b) omnium alio-
rum remediorum in locum „scrophulariam
„modo solam; modo cum linaria combinatam,
„& in forma infusi, decocti, fatus, unguenti-
„que usurpatam suffecisse ubique. . . ferio
„testatur, & optat, ut in reliquis etiam mor-
„bis remedia huic quoad certitudinem, &
„celeritatem operationis paria a summo Nu-
„mine nobis concessa sint.“ Non abs-re
igitur planta hæc a MINDERERO (c) morbi
hæmorrhoidalnis dominatrix nuncupatur, cui il-
lum natura prorsus addixit, subiecitque. Ea-
propter etiam scrophularia Gallis herbe de
Siege,

(a) Vide §. 19. (a).

(b) Diss. de scrophularia (4to Jenæ 1720 Resp.
H. C. EHRLICH) §. 37. p. 27.

(c) Medic. milit. p. 274.

Siege, ou Fesses (herba ani vel natum) audi-
dit. De externo illius usū plara inferius di-
centur; hic pauca ad internum pertinentia
memorabimus. R. SOLENANDER (*a*) perhibet
chirurgum in hæmorrhoidibus tumentibus
juxta, ac fluentibus dedisse potui m. & v.
cerevisiam, in qua crassulam majorem, &
scrophulariam cum radice, ac herba concisas
maceravit. Porro H. HEER (*b*) „non celabo
„(ait), quod. . . . a castrensi quodam Pa-
„store edocetus sèpissime expertus sum: si quis
„hæmorrhoidum cœcarum insano dolore tor-
„queatur, minimum quid scrophulariæ, vel
„radicis, vel foliorum cum cibo, aut potu
„capiendo statim dolore liberatur, sive ipsam
„planta substantiam siccām, aut viridem, sive
„decoctum ejus assumat.“ Et M. ETTMÜLLE-
RUS (*c*) „feminæ secunda vice gravidæ, tu-
„mentibus hæmorrhoidibus afflitaæ, ita ut
„alvum intra annum sine summo dolore de-
„jicere non potuisset, suaſit radicem scro-
„phulariæ coxæ alligare, folia vero omni-
„mane cum butyro, & pane comedere, ali-
„amque radicem ejusdem modulo inclusam
„potui infundere; & felix inde effectus in-
„secutus est.“

§. LXXXII.

(*a*)

(*b*) Obs. med. 20. in fine p. m. 244.

(*c*) L. c. Obs. med. 200.

§. LXXXII.

6. *Opium* tutone unquam hæmorrhoidariis præbetur? Ad sævos dolores leniendos, immodicumque hæmorrhoidum fluxum refrœnandum, post alia quævis, præsertim nec quicquam tentata, illud valere nemo ambigit. **GALENUS** (a) theriacæ vires percensens „educit eadem in mulieribus menstruum sanguinem (ait), & suppressas uteri, sedisve „languinis excretiones frequenter aperit, ac „(quod admirabilius est) immoderatas ejusdem sanguinis ejectiones detinet.“ Perinde **C. E. PAULLINI** (b) in „**D. I. KLEYEN** Isenacensi „(inquit) ex frequentiori pilularum Franco-furtensium aloen recipientium usu largum „earum (hæmorrhoidum) fluxum notavi; alio „die in eodem affectu gr. jv. theriacæ cœl. „**CASS.** disslovebat in lacte caprino calido, „q. fluxum stitit, doloresque sustulit.“ Neque in nimio hæmorrhoidum fluxu opium reformidat debita cum cautela datum **F. HOFFMANNUS** (c), „cum hypnoticis (inquiens). opiatis, & narcoticis mercandum est cautissime, „quippe quæ tanto magis intempestive data, „intla-

(a) *De theriaca ad PISON.* Cap. 15.

(b) *L. c. §. 2. p. 235.*

(c) *Med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. 1. C. 4.*
Cautel. §. 7.

„insaniam plane inducere apta sunt. Ex o-
 „ptimis, si locus, est illa M. P. a WILDEGAN-
 „SIO nomen gerens, quæ etiam cum fructu
 „exhibetur, quando atrox dolor, & spa-
 „simus sub prima lumborum vertebra nimiam
 „sanguinis effusionem movet, eaque propter
 „est placandus.“ Et vero TILLINGII (^a)
 quoque historia tutum hic opii esse usum do-
 cet: „Capitaneus quidam (narrat ille) immo-
 „dicum patiebatur cum dolore atrocissimo hæ-
 „morrhoidum fluxum. Ad hunc vocatus præ-
 „missis . . . in brachio . . . Væ. Sne., ac
 „leni alvi evacuatione statim ipsi præscripsi
 „MRam sequentem ac linimentum, quod ex-
 „terius applicabatur:

R. Philonii Persici 3ij.

Trochisc. de ▽a sigill.

— — carabe.

C. C. usti, & ppt.

Corall. rubr., & ppt.

Lap. hæmat. alcohol.

Sangu. drac.

Spec. diarrhod. Abbat.

Croci ♂ adstr. ॥ ॥

Laud. opiat gr. v.

Syr. corallor.

— myrtini.

— de rosis sicc. ॥ ॥

▽æ

(a) De laudano opiat. P. 4. Cap. 9.

∇ æ plantag.

— portalac.

— bursæ paſt.

— cichor $\pi\pi$ ſj. M. F. MRA . . .

„de qua pro libitu cochl. unum, aut alterum
sumfit.

R. Ungu. populeonis.

Olei violar.

ovor.

verbasc. $\pi\pi$ 3ij.

Pingued. gallinæ,

Mucilag. fem. cyd.

— fænugr.

— psyllii.

Vitell. ovor. No j.

Sangu. drac.

Boli Armen ver.

Thuris opt.

Mastiche electæ.

Aloes hepat.

Trochifc. de carabe.

Lap. calamin. ∇ a rosar. triti $\pi\pi$ 3*fl.*

Laudan. opiat. gr. viij. M. agitantur
„in mortario plumbeo, & fiat linimentum.
„Hisce fluxus ille nimius fedatus est, ac do-
„lor omnino evanuit.“ Neque minus in cœ-
cis hæmorrhoidibus furentibus, post alia præ-
missa, si dolor, aliaque ſpæſtica mala peritent,
opium iudicatur. Sic a. STÖRCK (a) de hæ-
mo-

(a) L. c. p. 152. fq.

morrhoidal febre epidemica agens „nimii (ait)
 „vomendi conatus, dolores colici, & tenesmi
 „si emollientibus non cesserunt, tunc reme-
 „diis paregoricis debebant mitigari, suppri-
 „mi . . . si adfuit ingens dolor (ani), & te-
 „nesmus admodum molestus, ac anxius, tunc
 „opio erat utendum.“ Generatim tamen coe-
 cis in hæmorrhoidibus, earumque molimini-
 bus cavendum est, ne ad mitiganda sympto-
 mata, ac præsertim tenesum opio abutamur;
 namque ut G. YOUNG (a) recte animadvertisit,
 „in hæmorrhoidal morbo opium manifeste
 „obest, quatenus alvum reddit difficultem,
 „stercusque in colo, & recto indurat: unde
 „hæc intestina plus calent, & irritantur, san-
 „guinisque per venas hæmorrhoidales re-
 „fluxus impeditur: hinc major tuberculorum
 „his in venis distensio necessario sequitur.
 „Liquet etiam hæmorrhoides augeri debere,
 „si ab opio rarefactio sanguinis intenditur.
 „Vasa hæmorrhoidalia in, & externa quan-
 „doque tantopere distensa sunt, ut æger af-
 „fiduum tenesum cum intolerabili dolore
 „patiatur. Mihi ipsi id aliquando contigit
 „post vulneraria balsama his partibus prius
 „admota, simulque sensatio aderat velut
 „duritiae cuiusdam ano impæctæ cum continuo

ad

(a) Abhandl. vom Opium 17. Abschnitt
 TRNKA H. H., Vol. II. F

„ad desidendum stimulo : hunc insignis opii
 „dosis minuit ; sed postmodo vehementior
 „revertitur ob distensionem majorem effectam:
 „imo vchementi in tenesmo opium ne
 palliando quidem proficit.“ Memorabile hu-
 jus rei exemplum R. A. BEHRENS (*a*) addu-
 cit : literatus 40 annorum a vita sedentaria,
 minusque exacta diæta post varia hæmorrhoi-
 dalia molimina, inter quæ palpitationes cor-
 dis usque ad syncopen, fluxum naætus est
 hæmorrhoidum sine euphoria, siquidem flu-
 xus continuo evasit inordinatus, fere 3tio
 quoque recurrens die, simulque hæmorrhoi-
 des intumuerunt, ac multum puris collecti,
 ubi crepuere, fuderunt. Emplastro, nescio
 quo, admoto visum est ægro ulcus prorsus
 coaluisse; verum cum chirurgi oculos, ma-
 nusque ab examine ani semper arcuisset, nil
 certi eatenus constabat. Affidius interea, &
 vehementis tenesmus ægrum cruciabat, quem
 ipse longo satis tempore ab initio obsecun-
 dando effectit pene habitualem, ita ut omni
 4 horæ aliquoties desidere, & alvum ponere
 cogeretur. Quem abacturus, quod acrimoniae
 humorum, & stomachi cruditatibus deberi
 videbatur, omnibus cum leguminibus; tum
 oleribus repudiatis, reliquos cibos absque
 sale,

(*a*) Annal. Vratisl. Tent. 22. A. 1722. Octobr. d. 4.
art. 14. p. 455. sqq.

fale, & aromate paratos edebat. Verum pergenti, & ingravescenti fere malo medicus cum primum opponeret ſches absorbentes, ac tonicos absque levamine, cœpit iis addere laudanum hystericum toſtum; & remittente inde tenesmo præbuit ejusdem ſches dī ex ∇ is ſtill. in 2 doſes diremptum pro 2 haſtibus vespertinis ex intervallo aliquot horarum affumendis, idque ſemel, iterum, ac tertium. Cumque tenesmus cum dejectionibus inde rarioſ effectus, evanescente opii energia, deinceps vehementius iterum, creibriusque ūgeret, medicus ſolum laudanum hystericum ad aliquot grana ſub vefperam præbuit in 3 hebdomades eodem ſemper effectu, procuratis nempe bihorii induciis. His malis interdum diſſicilis quoque miſtus accedſit; quem accitus demum Auctor Væ Sne, ac diſcūtientibus topicis ubi fuſtuliffet, ulteriori opii uſu, cibisque dyspeptis, ac flatulentis ægro interdixit, non item Œ & aromate q. ſ. conditiſ, ob conſuetudinem priſtinam, & fractum opio iſteſtiorum tonum ſimilia poſſentem. Imperat ſimul in biduum quotidie bonam pilularum STAHLI doſin, & in ſequente biduo ab omni medicamento abſtinentiam, ut quid pilulae diſtae valeant, elueſcat; ſin nihil effeſſent, die 3tio in brachio venam ſecandam fuſasit ad reuifionem ab ano. Omnia facta, at ſine levamine. Idcirco præſcripta varia diſcūtientia, nervina, & iſteſtiorum tonum restaurantia cum ſchibus tempeſtantibus, & absorbentibus per 14 dies, ac

F 2

poſte

postmodo data rursus dosis pilularum STAHLII,
 a qua suppressæ hæmorrhoides postridie ube-
 riuss fluxere cum levamine, sed tenesmus cum
 crebris dejectionibus pristinum obtinebat vi-
 gorem; cuius causa opii ne præcedens usus,
 an lœsio intestini recti esset, dum ambigit Au-
 Ætor, ecce detegit, opii usui clam toto cura-
 tionis tempore, ut ante hanc, institisse, ita
 ut ad novissimum usque theraphiæ diem jam
 laudani hysterici assumserit ultra 340 grana,
 proinde ultra 3vij. Unde liquebat, ab opio
 tenesmi causam ita sensim invaluisse, ut vix
 fuerit medicabilis. Reprehensus idcirco æger
 ab opio porro abstinuit, curatioque denuo
 cœpta, interpolatis indentidem STAHLII pi-
 lulis, eo cum successu, ut dejectiones eva-
 serint paulo rariores, nec nisi finiente dige-
 stione crebrius molestarint, solis etiam quan-
 doque flatibus erumpentibus; ægerque jam
 domo prodiens medico valedixerit. Verum
 lapsis vix 3. vel 4. hebdomadis repente obiit.
Amorte innotuit, ægrum, nescio cuius con-
 filio per 2. vel 3. hebdomadas pro omni alio
 potu bibisse decoctum myrtillorum siccatorum
 ubertim interdiu, & vesperi quoque ad 7. vel
 8. vascula theata, imo quandoque etiam bac-
 carum ipsarum coctarum unum, alterumve
 cochlear absumisse. Quo factum, ut crebræ
 ante dejectiones degenerarint in alvi obstru-
 ctionem exitialem. Nam etsi primum enema
 alvum quatriduo clausam referarit, altero ta-
 men quatriduo rursum constipata erat alvus
 cum dura ventris inflatione, & oborta ab
 altero

altero enemate anxietate vehementi cum colica æger post 6. vel 7. horas expiravit, excreta in agone adhuc aliqua sanguinis quantitate. Neque ad mitigandas cardialgias, colicasque hæmorrhoidales opium impune præbetur; nisi illud extrema necessitas medico extorserit: namque I. C. GOETZ (*a*) refert, sartorem 60 annorum, macrum, strigosum, curis & egestate tota vita confectum, nullis sanguinis missioneibus affuetum, a prima pueritia ad senium usque fluxu hæmorrhoidum laborasse, nullo unquam ad eas indoneo regimine observato, quæ a nimia sessione in coecas abibant cum dolorifico mihi cruento, præsertim ex animi turbis, ac frigore. Donec tandem ab imprudenti ad colicam hæmorrhoidalem narcoticorum usu letalem in hec tam prolapsus est. Ex quibus satis, superque intelligitur, quam circumspecte opium hæmorrhoidariis præbendum sit.

(*a*) Act. nat. cur. Vol. 2. Obs. 196.

CAPUT VIII.

TONICA.

§. LXXXIII.

VIII. TONICA roborantia, adstringentia perinde ut alia haec tenus dicta remedia in curatione affectionum hæmorrhoidalium summi fæpe sunt usus, quem præprimis indicat

1. *Laxitas solidorum*, quæ morbum vel induxit, vel aliunde natum fovet.

2. *Irritabilitas nervorum p. n. in hysteris, & hypochondriacis*, quorum spasmi vel producunt hæmorrhoides circulatione turbata, vel hasce aliunde ortas, ubi iis complicantur, reddunt graviores, pertinacioresque, & ipsi etiam ab hæmorrhoidibus excitantur cum crebriores, tum vehementiores.

3. *Immodicus fluxus hæmorrhoidum a tenuitate sanguinis, vel solidorum laxitate, vel spasmodicis turbis proficiscens*. Cum autem fluxus excedentis aliae quoque causæ concurrentes esse possunt, ut biliosa colluvies, plethora commota, Obstructio viscerum, &c. facile intelligitur, ad tonicorum usum in fluxu hæmorrhoidum immodico compescendo haud prius esse transeundum, quam post præmissas (si opus) vaeuationes, refrigerantia, anti-spasmatica, solventia, &c. ita ut vel Kene-
angia

angia jam præsens, vel sola prægumena malū
 causa superstes iis relinquatur oppugnanda;
 secus vel frustra esse solent, vel restringunt ab
 iisdem fluxus utcunque excedens pessima post
 se mala trahit. Aurea plane hanc in rem
 sunt verba F. HOFFMANN. (a): „sicuti nun-
 „quam hæmorrhagia, licet fuerit enormis,
 „quando a causa interna proficiscitur, forti-
 „ori medicina siptica reprimenda est, ita
 „multo magis id in hæmorrhoidibus nimium
 „fluentibus observandum; si quidem non mo-
 „do . . . inde hydropis, vel tabis metus;
 „sed & aliorum gravissimorum affectuum (b)
 „. . . periculum nascitur, idque eo magis in
 „iis accedit, qui jam per ipsum copiosum
 „fluxum, vel aliis ex causis imbecilliores facti
 „sunt. Etenim hanc regulam practicam quis-
 „que medicorum, ut curæ, cordique habeat,
 „vehementer optarem, videlicet nihil ad per-
 „niciem magis perducere; quam valde debili-
 „tatis corporibus adstringentia, opiata, vel
 „alia fortiora remedia exhibere. Neque cor-
 „poris humani natura a validiori sanguinis
 „effusione unquam tantum patitur; quantum
 „damni ab importuna sistente medicina acci-
 „pit

(a) L. c. T. g. S. r. C. 9. §. 19. opp. T. I.
 p. 344.

(b) Confer. §. 55.

„pit . . . (a). Quæ cum ita sint , valide ad-
 „stringentium usus utique sit cautissimus; ne-
 „que etiam in principio; multo minus quando
 „vires cum sanguine jam exhaustæ , utilem
 „locant operam ac potius in corporibus inbe-
 „cillis , & exquisitius sentientis naturæ spas-
 „modica pathemata , convulsiva , animi deli-
 „quia , summas præcordiorum anxietates cum
 „tremore , & palpitatione cordis concitant.
 „Quod si itaque fluxum compescentibus uti
 „necessæ , consultum est , non vi , & magnis
 „dosibus id perficere , ne noxam inferant.
 „Oportet quoque subjungere diluentia , tem-
 „perantia , & leniora laxantia , inter quæ præ-
 „stantissimum est asinimum lac , vel serum
 „lactis dulce. Potissimum vero præstat mar-
 „tialia liquida cum ipsis diluentibus assumere.
 „Quando tamen sanguinis ex hæmorrhoidalili-
 „bus locis fluxum subito sublatum summæ
 „præcordiorum anxietates , inflationes cum
 „inquietudine , & angustia excipiunt , revo-
 „candus is est lenioribus elicientibus , & la-
 „xantibus , clysteribus quoque emollientibus ,
 „ac suppositoriis“: quemadmodum id præ-
 „stare coætus est R. SOLENANDER (b). Unde
 etiam tironibus M. ALBERTI (c) sedulo incul-
 cat ,

(a) Med. rat. Syft. T. 4. P. 2, S. 1, C. 4. cautel
§. 5. 6.

(b) Vide §. 62. (c).

(c) L. c. §. 23. §5, fq, p. 209, fqq,

eat, ne in fluentibus immodice hæmorrhoidibus valentiora mox stiptica, præsertim re-pente, præmature, solaque offerant sicque uno velut istu fluxum suppressant, & alumum constipent; sed illum successive per mitiora leniant, & conquiescere demum faciant, qualia in primis sunt absorbentia (ut C. C. ustum, corall. rubr.) cum nitr. & cinnabari, &c. prudenti manu, ac dosi exhibita. Verum quoniam hæc non semper voto faciunt satis, ad efficaciora etiam est procedendum. Laudantur vero in variis affectionibus hæmorrhoidalibus vel maxime sequentia tonica:

§. LXXXIV.

I. *Millefolium* (herbula in hæmorrhoidum therapia per quam celebris) duplii præditum virtute, scilicet antispasmodica, & blande adstringente, ita ut minore dosi exhibitum dolores spasmaticos sopiat, largiore autem fluxum compescat. Hinc M. ALBERTI (a) de mitigandis cœcarum hæmorrhoidum symptomatibus agens „cum internæ (ait) com-„motiones strictoriæ, & spasmaticae commu-„niter etiam exorbitantes concurrant; prop-„terea ordinamus remedia antispasmodica, „& quidem ſes uſitatos nitroſo digestivo-

„cinnab-

(a) Diss. de hæmorrhoidib. cœcis §. 24. Tract.
cit. p. 302.

„cinnabarinos repetito exhibendos; præcipue
 „vero ad compescendas irregulares tales com-
 „motiones convenit usus millefolii, modo an-
 „tea alvus aperta sit. Præstat vero hac her-
 „bula uti in decocto, in dies aliquid hujus
 „decocti assumento, & per triduum, aut qua-
 „triduum continuando; non æque necesse,
 „neque etiam securum est juxta quorundam
 „commendationem per integrum mensem mil-
 „lefolio uti, uti ARNALD DE VILLA NOVA
 „voluit, quod de eodem etiam allegat P.
 „PACHEQUUS; quia facile suspectas internas
 „adstrictiones inducit, imo motus hæmorrhoi-
 „dales immoderate supprimit, & ad periculo-
 „sos affectus chronicos, hepaticos, cacheti-
 „cos, hepticos, ictericos, asciticos, & cede-
 „matosos disponit: unde RIVERIUS (a) mil-
 „lefolii decoctum per triduum commendat“
 haud ulterius hauriendum. Ut autem ab justa
 dosi non aberretur, sciendum est, ad infusio-
 nem requiri summitatum millefolii pugillos
 iii, ∇æ ~~lb~~^b, essentiam vero inde paratam
 præberi quotidie m., & v. ad gtt. 40. vel 55.
 Notatu tamen hic digna est observatio G.
 SCHUSTERI (b) afferentis magnam esse in mil-
 lefolii infuso, & essentia, quoad effectum,
 diversitatem: „infusum nempe theiforme herbae
 „millefolii cum summitatibus probe saturatum
 „hæmo-

(a) Prax. med. L. 10, C. 11.

(b) Nov. act. nat. cur. T. 2. Obs. 4.

„hæmorrhoides coecas . . . egregie discutit,
 „doloresque lenit ; essentia autem ex hac
 „herba parata, si sub eodem statu exhibetur,
 „intolerabiles excitat dolores, quod sæpius
 „observare mihi licuit.“ Verum non ita semper
 per id se habere; licebit ex paulo post ad-
 dicendis aliorum observatis colligere. Cum
 itaque duplex millefolio insit virtus, nempe
 stiptica , & antispasmodica discutiens, usum
 ejus indicabunt vel maxime

a) *Molimina hæmorrhoidum dolorifica*,
 (utpote à spasmis nata), si illa discutere
 oportuerit ; quam in rem sese millefolii
 usus magnopere commendavit, & L. RIVE-
 RIUS (a) „decoctum (inquit) millefolii
 „in potu ordinario per triduum exhibitum
 „hæmorrhoidum dolorem feliciter solet di-
 „scutere.“ In Annalibus Vratislaviensium (b)
 vir 30 annis major, molimina hæmorrhoidum
 citra fluxum sæpius expertus (nempe kepatis
 infarctus juncto interdum etiam ictero, ce-
 phalalgiam multam, nocturnis tamen sudori-
 bus leniri solitam, pravum habitum externum,
 multos flatus , & anorexiā), incidit mense
 Julio in vehementes dolores abdominis, præ-
 fertim in spina dorfi, qui se usque in femora,
 &

(a) L. c.

(b) Tent. 37. A. 1726. Julii d. 2. art. 1. §. 2.
 p. 29.

& brachia extendebant, simulque per dorsum sursum proprius thoracem, ac latera; ardorem, & puncturas, imo quandoque in temporibus insanos capitis dolores causabant, vix preferendi. Junxit se his vehemens vomitus, quin tamen multum humorum elidetur præter magna muci albi, qui per alvum etiam (ut ut rarius solutam) abibat, frusta. Aeger jacuit magna in debilitate, corde, arteriisque admodum subsultantibus. Perit somnus & appetentia; ab assumtis autem remediis potuve post obortos ructus insequebatur dicti ante muci vomitus sine omni fere bile. Ob alvi segnitiem injecta quandoque enemata sincera iterum excernebantur sine intestinorum relaxatione. Lympha in os affluat, ægerque in dies ultra ~~40~~ muci albi, lentique excernebat. Unde emaciabatur, albumque oculi flavescebat. Medicus consultus dedit eccoprotica, $\ddot{\text{E}}$ s Salinos, & essentiam millefolii, succini, pimpinellæ cum infusis theatris, a queis alvus reserata ordinate procedebat, somnus cum appetentia reversus, arteriæ minus subsiliebant, venæ minus turgebant, corpus renutriebatur, ægerque ita sibi redditus discessit, cum monito, ut ante æquinoctium Væ Snem in pede celebret. Perinde I. G. ERNESTI (a) refert virum 40 annorum molimi-

(a) Ibidem Tent. 23. A. 1723. Febr. d. 2. art.
§. §. 4. p. 152.

moliminibus tantum hæmorrhoidum obnoxium correptum fuisse rheumatismo, ac vehementi spinæ dorsi dolore, ac si culter ab imo sursum per eandem fuisse adactus, ut loco sese movere nequiverit, a quo eum aliquatenus ſes antispasmodico - temperantes, & sub juncta eſſentia millefolii cum Raſii Prisata, & ou C. C. remixta liberavit. Aliis colica hæmorrhoidalis moleſta fuit; ſed MRA laxans ex oleo amygd. dulc., manna, & ſpermate ceti, enemata mollia cum oleis lenientibus, nec non eſſentia millefolii, & chascarillæ, interpolatis tamen ſbus nitroſo - cinnabarinis, levamen attulere.

b) *Cœcæ hæmorrhoides* dolentes, ad quarum dolorem leniendum, ſtaſesque ſanguinis tollendas millefolium eſt eximium, de quo P. PACHEQUUS apud RIVERIUM (a) „multi (ait)
„in hoc cœli trætu æſtuofo cœcis, internis
„quæ hæmorrhoidibus laborant, quibus ſum-
„mus dolor creatur. Ab excrementis etiam
„induratis, & ſuppreſſis propter tumorem il-
„larum intestinum claudentem ſævifſimus ex-
„citatur cruciatuſ. Vulgus medicorum cassia
„ventrem emollit, ut liberius alvus deponat
„ſua excrementatione; ſed male profecto. Cum
„enim venæ inflentur in ſede potiſſimum
„propter inſitam mollitiem, qua paratæ ſunt
„ſan-

(a) Obs. communic. 5!

„sanguinem recipere, accidit, ut usu cassia
 „ita moliantur, ut in posterum luxuriantem
 „sanguinem facile recipient, effectumque hoc
 „modo magis augeant. Ego vero a mulier-
 „cula stipem emendante didici infundere
 „millefolium in aqua fervente, & bibere in-
 „fusionem illam per mensem integrum, aut
 „diutius, & omnes tali affectu laborantes fa-
 „nati sunt. D. DUMASIA male habita a tu-
 „mentibus venis sedis, uxor . . . chirurgi
 „fuerunt hac arte curatae. Tandem hoc ipsum
 „remedium reperimus apud A. DE VILLA NOVA
 „(a). Id ipsum remedium ad fluxum illarum
 „immoderatum valde confert, si praedicto
 „ARNALDO credere est, & ratio etiam suadet.“
 Hæc ille. Per mensem quidem non; sed tri-
 duo tantum, infuso hoc utendum esse, jam
 ante monitum fuit; nisi forte minus meracum
 infusum fuerit, quod Auctor præbuit: cete-
 rum ex pugillis iij in $\nabla\alpha$ $\text{H}\ddot{\text{s}}$ infusis paratum
 remedium haud ultra 3 dies est hauriendum,
 quod feliciter cessit ægro cuidam G. E. STAHL-
 LII (b). „Accidit (refert ille), ut vir ple-
 „thoricus, & eufarcus ab hæmorrhoidibus
 „cœcis, ac tumoribus, quibus jam bis, terve
 „dolorifice ægrotavit; in præsenti male ha-
 „beretur. Post aliquot dierum dolores ita
 tole-

(a) Cap. de hæmorrhoid. dolorib.

(b) Colleg, casuall magni. Caf. 10. p. 125. sq.

„toleratos consulor. Misit quidem $\ddot{\text{E}}$ es nitro-
 „sos; sed irradicata jam restagnatio levibus his
 „remediis non cessit: dedi itaque summittatum
 „millefolii ad pugillos vij, quorum tres in ∇
 „bullientis $\text{H}\beta$ infundi, bibique iussi. Po-
 „stero mane nunciat, nil se inde levatum esse.
 „Miranti, ambigentique, num rite e præscri-
 „pto remedium fuisse usurpatum, & inquirenti
 „refertur, tantummodo pugillum i fuisse in-
 „fusum. Impero igitur in posterum pugillos
 „iij. Eodem die ad II. horam in platea
 „mihi homo fit obvius, non satis valens ce-
 „lebrare, & laudare remedium, omnis jam
 „doloris expers. Sub cœna etiam multum
 „vini haufit, sine ullo incommodo; licet il-
 „lud alioquin sanguinem commoveat.“ Multum quoque hoc remedium profuit L. HESI-
 STERI (a) Ecclesiasti tuberculum hæmorrhoidale avellanam æquans, & vehementer dolens habenti, quod ubi aceto lithargyrii calido fovisset, bisque per diem haufisset infusum ex herba millefolii cum florib. M. j., a morbo convaluit. Perinde (b) magnati 24 annorum ab hæmorrhoidum dolorificis tuberculis plurimum passo consuluit, ut Væ Sem quovis vere, autumnoque, tum eckoproticum, dein $\ddot{\text{E}}$ em temperantem, litumque $\ddot{\text{H}}$ num & ex essentia millefol., ac fumar. $\ddot{\text{H}}$

3ij

(a) Medic. chir. Wahrnehm. 1. Band. Nro. 440.

(b) Ibidem Nro. 616.

3ijj m., & a meridie gtt. 40 ad 45 ex thea,
vel caffée in ulum vocaret.

c) *Fluxus immodicus* earundem usu
millefolii perinde pene certo, citoque cohi-
betur, ut ex VILLANOVANO (a) jam constat.
Et M. ALBERTI (b) „ad coercendum (ait)
„nimium impetum circa venam portæ succe-
„dentem, & subinde ad refrenandam excess-
„sivam profusionem hæmorrhoidalem condu-
„cit millefolium, cuius essentia cum essentiis
„temperatoribus carminativis, & eff. cha-
„scatillæ maritata ad 30, aut 40 gtt. exhibita
„eosdem usus offert: & licet hoc millefolium
„pro effectu tali inducendo admodum quadret;
„tamen subinde maxima circumspæctio adhi-
„benda est, ne ex liberali illius usu simul, &
„semel hæmorrhoides opprimantur; alias pes-
„simos effectus post se trahit: quare conve-
„nit illud modeste, & parce, neque nimis
„frequenter adhibere; deinde etiam expedit
„illius usui remedia temperantia, & diluentia,
„ut & laxantia subordinare, ne suspectam
„strictroram post se relinquat; utpote quæ es-
„sentia millefolii tunc magis conducit, quando
„eiusmodi excessui hæmorrhoidalii colici, &
„intensius strictrorii effectus complicantur.“

STAH-

(a) L. c.

(b) Diff. de hæmorrhoidib. excedent. §. 27.
Tract. cit. p. 214.

STAHLIUS (a) quoque oculatus auctor, & parcus specificorum encomiastes fatetur specifici quid huic plantulae ad hæmorrhagias, præsertim venarum sedis, cohibendas inesse, & a 20 annis multum adstringenti ejus vi, in primis forma infusi dati, confisus est, a quo brevi optatus effectus observatur. Sed „mo-
„neo (subdit), ut provide, cauteque usur-
„petur, præsertim in sexu masculo, namque
„in hæmorrhoidariis effectus producere valet,
„ac re ipsa producit, hand semper imitandos.
„Medicus quidam seni 70 annorum hæmo-
„rrhoidario dedit (volens genuinam imitari
„M. P. STAHLII) pilulas, queis extractum
„millefolii infuit; unde suppressæ hæmorrhoi-
„des hydropem letalem acciverunt.“ Perinde
alteri ægro medicus scopo moderandarum hæ-
morrhoidum præbebat interdum millefolium:
quo factum, ut illæ plures deinde annos ab-
fuerint, ægerque in dies pejus habens demum
e vita migrarit. Ipse STAHLIUS viro cuidam
überem, ac fere continuum hæmorrhoidum
fluxum passo post incassum exhibitum ab aliis
medicis crocum ♂is adstring. ad 3j. (unde
fluxus potius increvit, nisi quod sponte sub-
inde remiserit), hectico, ac tabido medicinam
faciens, cum per lenia medicamenta fluxum
efficeret moderatiorem, tandem exhibuit den-
tis Hippopot. 3ʒ. in aliquot doses divisam, &
mille-

(a) L. c.

TRNKA Hist. Hæmor. Vol. II. G.

millefolium: unde hæmorrhoides ocyus substitere; sed abdomen inflabatur variis cum symptomatibus. Si enim vel in lecto sese erigeret, vel manus levaret, suffocationis fere periculum incurrebat; quod etiam a datis pellentibus experiebatur. Interea febris hæmorrhœda crevit. Sed appetente autumnali æquinoctio præter Væ Snem data lenia interna, externaque stimulantia hæmorrhoidum fluxum revo-carunt: unde cedema evanuit, ægerque pristinum ad statum rediit. Si igitur a tam levi suppressione fluxus tanta mala, quid a largo, diutinoque millefolii usu non est verendum? Provide ergo illo utendum esse, ne fluxus omnino supprimatur, prudentia poscit; atque ita administratum non poenitendos edit effe-ctus.

L. HEISTERUS (a) meminait matronæ 28 annorum, cui post ultimum puerperium dolorificus hæmorrhoidum fluxus accidit, præ-sertim sub, & post alvi dejectiones clamorem invitæ exprimens, usque adeo, ut nec incedere, nec sedere valeret. Sub quavis dejectione prodibat aliiquid sanguinis multo, & ardente cum dolore, ac sensatione, ac si intestinum rectum coarctaretur, ut nihil sine vehementi dolore excerni posset. Consultus Auctor, data potui ▽a pura, vel decocto panis cum pauxillo citri, præscripsit:

Rx.

(a) L. c. Nro. 329.

R. Conch. acet. ppt.

Lap. 69. citr.

Arcan dupl.

♀ri ⊕lati 22 3ij.

⊕ puriss. 3j. M. F. ♂is temperans

S. m., & v. ad 2. cuspides cultri ex ▽a.
Porro

R. Effent. millefol. 3vj.

S. hora ante cibationem gtt. 40. ad 55.

R. Herb. millefol. cum florib. M. ij.

Flor. 4 cordial. 22. p. j. M. concif.

D. species pro infuso bis per diem ad 3, vel
4. vascula bibendo.

R. Ol. infus. solani.

— rosar 22 3β.

Acet. litharg. 3vj. M. tritis in mortario.

plumb. adnutriti consist. adde

Saeh Ȑui Ȑβ.

Camph. gr. vj.

Opii gr. iij. D. m., & v., & urgente
alias dolore ut loca dolentia illinantur. Si
alvus obstrueretur, imperatum enema ex la-
ctis Ȑb. cum sacch. 3j. (vel mellis cochl. ij.)
& butyri cochl. j.; dolore autem nimium fæ-
viente, ut balanus ano inderetur ex recenti
butyro ▽a frigida densato $\frac{1}{2}$ digitum longus,
craffusque. In cibum concessa mollissima ole-
ra, fructus horæi cocti, variaque jura mollia,
& blanda, vetita omnia in cibo, potuque
adstringentia, siccantia, calefacientia, & acria.

G 2

Ab

Ab his convaluit. Non male etiam adduntur millefolio plantæ aliæ in pacandis hæmorrhoidum turbis efficaces, ut scrophularia, telephium, chelidonium, &c. quemadmodum M. GERBEZ (a) in se ipso est expertus. Refero „(ait ille), quid ego in memetipso iis (hæ- „morrhoidibus) tam dolentibus; quam flu- „entibus præ aliis remedii proficuum fuisse „expertus fuerim. Patiebar autem earundem „(interpolatum tamen) fluxum jam fere per „15 annos, priusquam eæ mihi dolere, vel „nimio fluxu molestæ esse inceperant; post- „quam autem ante triennium ex itinere equo „facto nimium incaluisse, eis subinde adeo „dolueram, ut dolori sufferendo vix par fue- „rim. Transierat vero successive tamen rur- „sus dolor hic; sed qui post annum circa idem „fere tempus ad finissimum ex equitatione „incalescentiam cum non impari molestia ta- „men rursus redierat, & præterea cum ea „sanguinei fluxus continuatione, & diarrhoea, „ut inde pessumdata ventriculi digestione, & „attritis viribus vix non succubuerim, non „obstantibus quam plurimis protunc in subsi- „dium vocatis remedii. Demum eisdem ta- „men tantum efficeram, ut successive rursus „me utcunque recollegerim. Quod pertime- „scerem vero, ne sæpius recurrens tam peri- „culosum malum me demum præcipitaret, co- gitan-

(a) Misc. nat. cur. Cent. 1. & 2. Obs. 131.

„gitandum mihi esse rebar de certioribus re-
 „mediis, quibus ulteriori recidivæ obviam
 „irem, & deprehenderam; quod scrophularia,
 „telephium, chelidonium minus, & millefo-
 „lium præ aliis talia essent, quæ hoc malum
 „cicurare, & demum etiam radicitus extir-
 „pare valerent. Resolveram propterea eorum
 „effectum experiri; atque quod commodissi-
 „mus eorum usus mihi videretur esse in de-
 „cocto, ea cum toto minutim concisa in aqua
 „instar herbæ theæ decoquere solitus eram, &
 „cum tantillo sacchari singulis, vel saltem
 „alternis matutinis quantitate & circiter un-
 „ciarum calide forbillare: & sancte dico, me
 „intra 2 menses (observata interea proba vi-
 „tus ratione) rem . . . eo perduxisse, ut
 „jam in alterum annum, et si interea pluries
 „equo peregre profectus fuerim, inde peni-
 „tus nullam perpeccus fuerim molestiam; quin
 „potius inde notabiliter carnosior, & colo-
 „ratiōr effectus veluti renatus esse mihi vi-
 „debar, fluxu earum quidem subinde interea
 „tamen recurrente; sed moderatissimo, & mi-
 „nime molesto.“ &c. Simili quoque ratione
 I. M. MÜLLERUS (a) millefolii plantis aliis
 remixti, ac decocti, refractaque dosi dati
 ope nimium hæmorrhoidum fluxum ad mode-
 ratum ac rariorem reduxit: „cauponis filio-
 lus sexennis per semestre a convivis quo-
 tidie

(a) Ibidem Cent. 8. Observ. 36.

„tidie fere ad vinum meracius bibendum, &
 „quidem in majori copia; quam talis tenella
 „ætas perferre potest, allectus mente . . .
 „Majo fluxu hæmorrhoidal quotidiano corri-
 „pitur sat copioso, cum dispositione hectica,
 „&c. Quod cum perterriti parentes animad-
 „vererent, meum exposcebat consilium.
 „Statim omnem vini usum plane dissuasi,
 „adque potum ordinarie sumendum cerevisiam
 „utiliem judicavi, in qua nodulus ex

R. Herb. chelidon. min.

- millefol.
- capill. ♀.
- hepat. nob. ॥ M. j.

Ras. lign. sassafr. 3vj.

Passul. min. 5j, suspensus sit. Item

R. Extraæt. millefolii

- plantag.
- agrimon ॥ 3j.
- ♂ pomat. 3ij.

▽æ hepat. nob.

— echor. ॥ 3ijß.

♂ rad. scrophular.

— viperin.

∅. depurat. ॥ 3jß.

Syr. Symphit. 3j.

De qua MRa mane, & pomeridie 2 cochl. cap.

R. Unqu, de linar. 3ß.

Olei expr. hyosc. 3jß.

♂ rad. scrophular. 3ij. Pro ungu. ad
podi-

„podicem ordinavi. Hisce aliquamdiu conti-
„nuatis pinguior, vegetiorque factus, ac fluxus
„hæmorrhoidalis imminutus fuit; quo in sta-
„tu ad plura medicamenta assumenda non am-
„plius persvaderi potuit, licet hæmorrhoides
„ad hodiernum usque diem quandoque, fine
„ulla tamen molestia, apertæ sint.“ Eadem
cum cautela millefolium puellæ trimulæ HOFF-
MANNUS (a) præbuit.

d) *Stymatosis hæmorrhoidalis.* Ita I. A.
RAIMANNUS (b) stymatosin ex suppressis hæ-
morrhoidibus ortam decocto millefolii proflig-
gavit: „contigit mihi (ait) hanc nuper in viro
„peregrino ex Tyrolia oriundo observasse,
„qui pro more sux gentis nundinatorem peri-
„pateticum agens, mercesque suas bajulando
„venum differe adsolens, ad mercatum hujus
„loci annuum, & solennem suis cum sociis
„quadragenario major cum comparuisset, ema-
„nente sibi familiari hæmorrhoidum fluxu flo-
„ridissimum sanguinem non quidem miaturi-
„endo reddebat; sed eundem indolenter te-
„nui, eaque interdiu aequa, ac noctu perenni
„scaturigine emicare, & per penem propullulare
„animadvertebat. Neglexit autem malo huic
„statim facere medicinam, bene scilicet me-
„mor, quod ante annum circiter pareni pau-
„corum

(a) Vide §. 21.

(b) Act. nat. cur. Vol. 6. Obs. 3.

„corum dierum hæmorrhagiam innoxiam ha-
 „buerit; cum autem eundem plus ultra incre-
 „bescere cerneret, metuque majoris forsan
 „successuræ noxæ angeretur, medicam tandem
 „implorare voluit opem. Inciderat vero in
 „medicum, qui discrimen activas inter, &
 „passivas hæmorrhagias nullum esse ratus præ-
 „missa Væ Snc revulsoria auxiliis diversis hæ-
 „mostaticis, non neglectis urethræ quoque
 „syringationibus, cito eidem, etsi incassum,
 „mederi satagebat. Inanem ergo medentis
 „esse operam per 3 hebdomadarum de-
 „cursum dum æger experiretur, conclama-
 „tum de sua esse salute... persvasus, ut ma-
 „num naufrago absque mora... porrige-
 „rem, anxius rogit... Postquam facta
 „examine originem, & causam ejusdem inti-
 „mius perspexisse, facile convincebar, pro-
 „cul abesse tam santicum, quale sibi æger im-
 „minere metuebat, periculum, praesertim,
 „dum omnis actionum (si pallorem vultus,
 „viriumque aliquem languorem excepero)
 „intemerata perstaret integritas: tranquillo
 „proinde eundem esse jussi animo, datisque
 „Sbus nonnullis tonico-antispasticis; & præ-
 „scripto decocto equiseti, & millefolii sca-
 „turiginem hanc cruaris paucos intra dies ex
 „voto suppressi... Abiturientis vero firma-
 „vi in ulteriora pericula animum, auctorque
 „fui, ut relitante parco hæmorrhoidal fluxu,
 „nisi in idem rursus vertente anno discrimen
 „venire velit, vel Væ Sbus vicariis, vel hi-
 „rudinibus sibi consulat.“ Similem etiam ca-
 sum

sum videre est in I. A. SEGNERO (a), nempe viro post quemvis coitum stymatosis ob suppressas hæmorrhoides per vagas periodos accidebat. Sub ipso igitur fluxu scarificata summa femora; post aliquod vero dies ad reddendum vasis tonum datum decoctum millefolii cum ligno lentisci: deinceps aloetica, aliave idonea remedia exhibita, au^ttaque, instantibus moliminibus hæmorrhoidum. Fluxere inde hæmorrhoides ex ano, simulque adhuc ex pene; verum eadem medendi methodo repetita stymatosis ad fluxum hæmorrhoidum desit.

§. LXXXV.

2. *Bdellium* quoque tonico scopo, ad immodicum præsertim hæmorrhoidum fluxum compescendum, sese commendat. L. RIVERIUS (b) de eodem fluxu agens „valde (inquit) laudantur ab Auctoriibus pilulæ de „bdellio; quas tamen rejicit RONDELETIUS „propterea, quod vero bdellio pharmacopœi careant, & illius loco myrrham usūpent, quæ sanguinis fluxum promovet: ve „rum

(a) Diss. de morbis ex interceptis hæmorrhoidibus potissimum rariorib. (4to. Gotting. 1741. Resp. I. I. GRUMBRECHT). §. 74. p. 30.

(b) Prax. med. L. 10. C. 10.

„rum huic obstitit SOLENANDER , illiusque
 „experiencie propriam opponit, afferens se
 „in usu harum pilularum, ut sunt præscriptæ,
 „atque cum usitato bdellio compositæ, effe-
 „ctum , quem promittunt , tam evidentem
 „comprehendisse , ut de compositione dubi-
 „tare vix queat; nisi quis putet ab adjectis
 „siccantibus , & adstringentibus hoc quale-
 „cunque , quod recipiunt, myrræ obtusum ,
 „superatumque esse. His addere possumus ,
 „BAUDERONIUM in pharmacopœa aliosque
 „recentiores afferere, verum hodie bdellium
 „DIOSCORIDIS descriptioni conveniens ex
 „Judæa nobis afferri , & a myrrha non diffi-
 „cile distingui. Illarum pillularum usus talis
 „esse poterit :

R. Pilul. de Bdellio ȝj.

Trochisc. de carabe

— — — ▽a sigill. ȝȝ ȝj. cum
 Mucilag. sem. cyd. extr. cum ▽a rosa-
 „cea F. M. P. de qua capiat ȝj bis in die, ante
 „prandium , & coenam.“ Confectio autem pi-
 lularum de bdellio ita se habet (a):

R. Ammeos parum tosti ȝij.

Myrobolan. chebular.

— — Indarum.

Myro-

(a) I. H. JUNGKEN corp. pharm. chym. medic.
 Sect. ȝ. C. 20. p. 705.

Myroboan. Bellicar.

— — Emblicar.

Conchar. venerear ustar.

Charabe $\alpha\alpha$ Zijß.

Bdellii $\ddot{\zeta}$ jß.

Maceretur bdellium in succo foliorum porri,
& formetur massa.

§. LXXXVI.

3. *Chelidonium minus*, de cuius virtute
ita R. SOLENANDER (a): „ego adhuc adoles-
„scens vidi . . . empyricum, omne vitium
„hæmorrhoidum curantem chelidonio minore
„. . . Is secrete herbam integrum siccatam,
„in manipulos collectam, injectamque cere-
„visiæ macerabat, eamque propinabat. Et
„aquam ejus exstillatam adhibebat lotione,
„& fotu exterius per linimenta. Postea ego
„illa herba multis modis ad hunc effectum fe-
„liciter sum usus. Succus frequenter illitus
„expeditius id facit; quam aqua. Herba
„etiam tusa apposita medetur. Novi, qui fa-
„narunt, quos nimium profluvium fere con-
„ficerat, ut hydropis periculum adesse vide-
„retur; exhibita hujus herbæ aqua destillata,
„sed quia acris est admodum, libentius utor
„herba ista (ut dixi) cerevisia vel etiam vino
„suo loco macerata. Flores quidam, alii
„her-

(a) Consil. 20. Sest. 4.

„herbam commiscent, ovi vitello coquunt,
 „& in placentula mane edunt. Huic herbæ
 „ego ad hæmorrhoidum vitium mirabilem
 „efficaciam tribuo.“

§. LXXXVII.

4. *Glandium decoctum* (Eichel Coffée).
 Abusum calidorum potuum, ut causam laxita-
 tis venarum sedis hæmorrhoidariis dissuadens
 1. c. STUNZER (*a*) mirabantur (inquit) „ali-
 „qui, dum iis prophylactico scopo decoctum
 „ustulatarum glandium quercus in locum po-
 „tus Coffée consulerem, veriti obstrunctiones,
 „indeque venarum hæmorrhoidalium intume-
 „scientiam; sed morbus eorum a laxitate fuit
 „enatus: obediendo convaluere.“ Confirmantur
 hæc singulari casu observato ab s. h.
 A. KAISER (*b*): Vidua 55 annorum, nunquam
 catamenia naæta (& idcirco 18 annis conjugii
 sterilis) horum loco a juventute hæmorrhoides
 patiebatur, quæ ingravescente demum ætate
 anomalæ factæ, varia causarunt symptomata,
 quæ inter crebra post præviam semper vomiti-
 tionem vertigo, sæpe cum syncope, con-
 secuto

(*a*) L. c. p. 83.

(*b*) Fortsetzung des Unterrichts von dem
 Nutzen und besonderer Heilungskraft der
 Eicheln &c. 3. Abtheil. 5. Krankenge-
 schichte p. 54. sqq.

secuto vomitu cessans, assidua ventris inflatio, lassitudo, ac debilitas, appetentia jam exigua; jam multa, cui si multum indulxit, summa semper stomachi inflati tumescens, ac tensio sequebatur. Alvis post diutinam obstrunctionem dura, semper cum vehementi tenesmo egerebatur. Lingua pro parte alba, urina cruda aquosa, pulsus jam debilis, jam contractus. Animus alias hilarem melancholia opprescit. Interdum ex nisu sanguinis in anum perquam dolorifica intestini recti orta inflammatio cum ani prolapsu gangrenam citam minante; sed Væ So, vapor calidæ, aliaque externa malo semper medebantur. Væ So princeps erat remedium, ad vehementissima molimina hæmorrhoidum, gravemque inde tenesum ortum leniendum. Prä debilitate primarum viarum nullos potus vidua perferrere potuit; nam infusa ex tonicis etiam herbis stomachum plus relaxabat; Caffée vero æstum, & humorum rarefactionem causabat. Placuit igitur glandium decoctum experiri. Quod ex glandium 3ij, & caffée orient. 3j. paratum mane & a prandio cum saccharo, ac lacte potui datum. Primis diebus meteorismus; ac tensio ventris crescere videbantur; sed copiosi, ut ut raro erumpentes, flatus emissi tensionem minuebant. Post 14 dies alvis evasit ordinata sine ullo tenesmo, ac deinceps ferme quotidiana. Hinc decocti usus in annos commendatus, & si forte præsente plethora hæmorrhoidum anomalie occiperent, Væ Snc, vel aliis pro re nata remediis quies procurabatur.

§.

§. LXXXVIII.

5. *Rosarum siccaram Syrupus* p. BO-
RELLUS (a) „sartor (ait) castrensis tanto hæ-
„morrhoidum fluxu aliquando detinetur, ut
„ad 10 ℥, & quasi torrentes sanguineos ef-
„fundat; est autem vir quadratus, & jovialis
„præditus temperamento. Syrupo de rosis
„siccis nimius ille fluxus cohibitus fuit meo
„confilio.“

§. LXXXIX.

6. *Sorbi roob*, de quo s. LEDELIUS (b):
femina robusta statis temporibus per plures
annos mensum, hæmorrhoidumque fluxum
cum euphoria experta incidit in trimestrem
hæmorrhoidum tumorem cum inflammatione,
sævisque cruciatibus, & virium inde pro-
stratione; quæ mala menses subsistentes au-
xere etiam. Post infinita frustra tentata reme-
dia, tandem ex vetulæ consilio cœpit uti roob
sorbi aucupariæ, cuius ab usu omnis mox
abiit dolor, tumor, & inflammatio, pristi-
naque rediit valetudo.

§.

(a) Hist., & Obs. med. phys. Cent. 4. Obs. 58.

(b) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 4. Obs. 5c.

§. LXXX.

7. *Pimpinellæ sanguisorbæ decoctum*
cujus efficaciam C. KOELICHEN (a) in fistendo
immodico hæmorrhoidum fluxu est expertus:
nempe matrona 50 annorum deficientibus jam
catameniis patiebatur quovis mense fluxum
hæmorrhoidum per aliquot dies citra ullam
virium, sanitatisve jacturam. Tandem ubi
malignam febrem naæta ab eadem convaluisse
paucis post diebus tempore solito ingruit hæ-
morrhoidum fluxus cum debilitate summa,
convulsionibus, vitæque discriminé. Auctor
in potum præscribit decoctum sanguisorbæ,
quo fluxus cohíbitus est. Viribus, aliisque
symptomatibus per alia provisum fuit.

§. LXXXI.

8. *Urticæ succus in aliis quoque hæ-*
morrhagiis compescendis decantatissimus, de
quo sequentem casum refert L. RIVERIUS (b):
„consiliarius immodico hæmorrhoidum fluxu
„laborabat a 5 vel 6 diebus, quo sanguinis
„5vij, vel x. singulis diebus profundebat. Post
„Væ Snem julepos refrigerantes, & incraf-
„stantes, aliaque remedia interna, & externa
„frustra

(a) Act. med. Hafniens. Vol. I. Obs. 81.

(b) Obs. med. Cent. 4. Obs. 81.

„frustra exhibita cum res urgeret , & æger
 „admodum debilitaretur , præscripti succum
 „urticæ levi ebullitione depuratum ad ȝij cum
 „paucō saccharo , & hoc solo remedio fluxus
 „omnino cohibitus est.“ Perinde apud DE
 LA METTRIE (a) vir comedendo calidissimo
 jure facto ex vino Hispanico , cinnamomo ,
 croco , saccharo , sentiens velut calidum hu-
 morem e stomacho descendantem , implevit
 matulam alvina dejectione cum sanguine . Sin-
 gulare fuit , toto morbi tempore sanguinem
 alvo non nisi ab enematibus prodiisse , quem
 post Væ Snem data adstringentia stitere ; sed
 maturius purgato ægro hæmorrhagia recriude-
 scens alteram Væ Snem poposcit . Fluxum
 denuo stitit succus urticæ datus . Sanguis post
 usum ejus excretus referebat coagulum spil-
 sum , ac viscidum adeo , ut figuram a cellulis
 coli conciliatam retinuerit . Tandem æger post
 multa remedia , severamque diætam sensim con-
 valuit .

§. LXXXII.

9. *Granatorum grana.* F. BARTHOLINUS (b) „viro , (narrat) cui ante modera-
 tius ad uncias sanguis ex hæmorrhoidibus
 „fluxe-

(a) Observ. de Medec. pratique Nro. 80.
 p. 126.

(b) Act. Hafn. med. Vol. 1. Obs. 51.

„fluxerat, jam nescio, qua sanguinis acrimonia, vel viarum laxitate ad libras manat ad animi fere deliquium. Tentata ad revulsonem Væ So, aliaque remedia solita advocata, sed frustra. Tandem præsens auxiliuum grana granatorum succulenta subministrarunt, quibus masticatis, succoque deglutito cessavit periculosus sanguinis fluxus: cuius idcirco remedii certitudinem sæpius in se factis experimentis deprehendit.“ Haud secius Baroni R. LENTILII (*a*) e nimio fluxu hæmorrhoidum debilitato nil æque profuit; quam eadem grana succulenta frequenter masticata.

§. LXXXIII.

10. *Simarubæ cortex*. C. WEBER (*b*) quadragenarium ex nimiis hæmorrhoidibus sanguineis per aloetica, carminativaque promotis intra 12 septimanas asciticum factum cum chinæ chinæ, simarubæque corticibus, & rhabarbaro sanavit; aliud 30 aliquot annorum virum ex illis intra 16. hebdomades plane fere emaciatum unice per simarubæ corticem restituit.“

§.

(*a*) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 9. Obs. 124.

(*b*) Obs. med. Fas. 2, Obs. 13. p. 58. sq.

§. LXXXIV.

11. *Terrea stiptica non in tenera modo;*
sed adulta etiam ætate sæpe in cohibendo
immodico hæmorrhoidum fluxu non pœni-
tendo cum successu præbentur. Sic i. c.
 GRIMM (a) „contigit sæpius (ait), quod
 „puer quidam annorum sex laboraverit hoc
 „fluxu; interim nulla adfuere symptomata,
 „nam vegetus erat, nullumque sensit dolorem.
 „In hoc casu adhibui laeticiaria cum terreis.“
 Huc etiam D. CORNARII (b) casus est referen-
 dus, quem paulo post dabimus.

§. LXXXV.

12. *Mars,* ejusque præparata, vel cor-
 pora illum continentia. Illum quippe ad ob-
 structiones a laxitate vasorum, & viscido
 sanguinis lentore enatas, qualibus hæmorrhoi-
 dalis debetur morbus, referandas, sanguinem-
 que rutilum, ac fluidum reddendum, esse
 efficacissimum nemo ignorat. Hinc mars &
 molimina morbi sæpe discutit, & nimium
 fluxum compescit, & suppressum a vasorum
 debilitate, sanguinisque lentore viscido re-
 vocat. Hos itaque in usus convenientiunt.

a)

(a) Misc. nat. cur. Cent. 9. Obs. 92.

(b) Vide §. seq. (c)

a) *Crocus* ♂is varius, vel solus, vel aliis junctus. C. F. PAULLINI (a) Pastori cuidam ex crebro aloes usu hæmorrhoides immodicas, dolentesque nocte pilulas præbuit:

R. Extr. tormentillæ
 Croci ♂ adstr. 23 gr. jv. M. F. pil. 8
 pro dosi. Perinde f. HOFFMANNI (b) „præ-
 „fectus militum quadragenario major, natura
 „sanguineus, atque robustus, a multis jam
 „annis expertus fuerat hæmorrhoidum fluxum
 „cum euphoria; sed cum a sueto vini Rhenani
 „potu transfret ad vini Gallici Pontak potum,
 „elapso aliquot mensium spatio hæmorrhoides
 „præter morem sunt retentæ, & successerunt
 „dolores atrocissimi in lumbis, & abdomine
 „cum virium dejectione, inappetentia, vi-
 „gilia, pulsusque celeri, & frequenti: exhibi-
 „bita vero ter laxante potionē ex tama-
 „rindis, rhabarbaro, & passulis minoribus
 „non modo soluta est alvus; sed et ingens
 „nigri, & congrumati sanguinis copia excreta
 „summo cum levamine. Dintius ramen; quam
 „par erat, perdurabat fluxus sanguinolentus;
 „quo quia vires nimium attrebantur, datum
 „est electuarium ex rosarum conserva, specie-
 „bus de hyacintho, succino, croco ♂ tenui,
 „&

(a) L. c. §. 2. p. 234. sq.

(b) L. c. Obs. 4.

H 2

„& granatorum syrupo, cuius usu ad hebdomadem continuato ad sanitatem traductus est æger.“

b) *Limatura ♂ v. RIEDLINI* (a) virgo 30 annorum rite semper menstruans per integrum fere annum intermedio inter catameniorum fluxum tempore immodicum hæmorrhoidum fluxum patiebatur non sine expallescencia, viriumque majori in dies jaætura; quem cum data essentia ♂ cum lenibus sanguinis ne minuisset quidem, data limatura ♂ cum conveniente extracto in pilulas redacta, quæ vix aliquoties usurpata malum sustulit, & continuatus deinceps remedii usus recidivam præcavit.

c) *Ræ ♂ variæ, g. w. WEDELIUS (b)*, „observavimus (inquit) aliquot ægros, qui „fluxum hæmorrhoidalem aliquoties experti „cum per aliquot tempus uterentur *Ræ ♂* „aperitiva temperatori, illas non sensere am- „plius.“ Perinde (c) quidam illius „vir „magnificus aliquoties fluxum hæmorrhoida- „lem expertus cum per aliquot tempus ute- „retur *Ræ ♂* aperitiva, illum non sensit „amplius in hunc diem.“ P. H. VOGEL apud A.

(a) Lin. med. ann. 3. Febr. 23. p. 124.

(b) Opiolog. L. 2. S. 2. C. 5.

(c) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 3. Obs. 22.

A. E. BÜCHNERUM (a) quadrimuli meminit
pueri, qui e febre catarrhalis cum lateris do-
lore repente medicamentis cedente in hæmo-
rrhoidum fluxum incidit, ita, ut quotidie al-
vum bis, terve ponens semper etiam sanguini-
nis aliquid excreverit, cetera sanus & alacris;
sed quia fluxus in 17 hebdomades durans
metum injectit, ne cum tempore fiat profusior
cum sanitatis discrimine, datis bis omni die
Ræ **C**is cum succo pomorum. gtt. 25, sensim
auspicato est abactus.

d) **N**æ **C**les nativæ, aut arte per chal-
libis extincionem paratae. Inter illas eminent
spadanæ, de quibus p. l. de PRESSEUX (b)
,,quamquam (ait) hæmorrhoides absolute
, aquis nostris curatas nunquam viderim; at
, tamen asserere possum harum potum magnum
, illis attulisse levamen: non mirandum est ergo;
, si quotannis plurimi hæmorrhoidibus obnoxii
, Spadam veniant. Pouhontius (fons) nimiam
, sanguinis jaeturam temperat, doloresque
, hisce hæmorrhagiis caufatos sedat; Jeron-
, sterinio (fonte) in dispositis excitatur harum
, fluxus, vel suppressus resuscitatur. Consan-
, „gui-

(a) Misc. phys. med. A. 1730. Decembr. d. 4.
art. 6. p. 1522. sq.

(b) De aquis spadanis. Obs. med. 23. in ap-
pend. ad R. ZAFFII Synops. Observ. med.
de select. medic. virib.

„guineum habeo, qui omni mense magnum
 „sanguinis dispendium per hæmorrhoides fa-
 „cit, quæ suppressæ Jeronsterinio excitantur,
 „quem per 5, vel 6 dies potat, qui ipsi sem-
 „per plures annos profuit.“ In mineralium
 aquarum defectu ∇ a chalibata simplex sub-
 stitui potest, quam practici remediis, cibis,
 potuique loco simplicis aquæ substituant, ve-
 lut in D. CORNARII (a) casu videre est: vir
 nobilis post quadrimestrem colicam, epilepsi-
 am, brachiorum paralysem, & vomitus cum
 alvo obstrœta, e vino præsertim Hungarico
 uberius poto repente corripitur hæmorrhagia
 narium, & ani sine dolore & debilitate, ino-
 cum euphoria. Ex naribus excretæ per 4 vi-
 ces intra diem sanguinis circiter $\text{ff}ij$, & qua-
 tridui alvino fluxu fere nil nisi sanguis purus
 cum grumis circiter $\text{ff}vj$. prodiit. Alvis in-
 terdum fuit naturalis, compacta, & incru-
 enta. Ab his hæmorrhagijs symptoma sine
 ullo remediorum usu desiere. Ad compescen-
 das vero hæmorrhagias (ani præsertim) se-
 quentia a medicis imperata sunt: 1.) sacculi
 farcti florib. rosar. rubrat., & verbasci: fo-
 liisque plantaginis, ac vino rubro chalibeato
 calido imbuti, ano applicandi; interdum
 etiam 2.) suffitus ex \mathfrak{f} e troch. de carabe,
 mastichis, thuris, myrræ, ano admissi.
 Fluxu ab his non remittente 3.) enemata
 stiptica

(a) Observ. med. 26.

stiptica injecta, v. g. decocti in ▽a ferrata plantaginis, portulacæ, rosar. rubrar. folior. quercus, flor. balauſt. consol. maj. ȝjv. cum ȝ ▽æ figill., vel boli Armen., vel troch. de carabe ȝjß. Retinebantur per ȝ horæ. 4.) illitum dorsum unguento Comitissæ. 5.) nutrimenta omnia pro ▽a simplici, paranda fuere cum chalibeata, queis pro re nata ad miscebatur ȝ ▽æ figill., boli Armen., C. C. &c. Nutriebatur autem contusis pullorum asforum, gallinarum, caponum, prisana amygdalarum dulcium; potui datum vinum rubrum cum ▽a chalibeata. 6.) Boli quoque subinde ex ȝbus ▽æ figill., C. C., boli Armen., cum conserv. rosar. rubrar. vetusta a prandio, & cœna dati. His convaluit.

§. LXXXVI.

13. *Peruvianus cortex* denique hæmorrhoidalibus in malis vario præbetur scopo; præsertim vero illum iudicant

a) *Laxitas vasorum causans*, vel certe fovens hæmorrhoides.

b) *Spasmi fluentium hæmorrhoidum comites*, seu fluxus hæmorrhoidum cum motibus anomalis spasmodicis, cuius rei singulare exemplum narrat P. G. WERLHOF (a):

„Vir

(a) Obs. de Febr. S. 5. §. 9. opp. P. 1. p. 248. sq.

„vir nobilis, macilentus, hæmorrhoidum
 „fluxu, ac motibus anomalis, tussi sicca, hæ-
 „moptysi, catarrhis, flatibus sæpe affictus,
 „qui ante biennium, & iterum antegressa
 „hyeme ex pleuritide satis periculosa emer-
 „serat, corripitur mense Julio A. 1727. Fe-
 „bri 3ana epidemica, quæ postquam cum ter-
 „tia accessione in duplice haud plane inter-
 „mittentem degeneravit, & hæmoptysin cum
 „tussi violenta comitem adscivit, non tuto
 „permitti posse judicata, sed cortice cum pa-
 „paveris albi syrupo in bolos redacto ex
 „methodo profligata est. Nondum penitus
 „convaluerat æger, cum abire hinc, operis-
 „que ad aquarum exundantium aggeres præ-
 „esse jussus fuit. . . Dimisi illum ea lege,
 „ut præsertim sub paludosorum effluviorum
 „hauriendorum necessitate insisteret medelæ,
 „donec me de valetudinis statu per literas
 „certiores fecisset, quod post paucos dies
 „facturum se esse recepit. Verum nihil de
 „ipso comperi; donec sequentis anni mense
 „Januario epistolam accepi, qua egregie se
 „valere perscripsit, & consilium petiit, num
 „corticis usui amplius insistere deberet, cuius
 „quotidie quinques ȝȝ assumere nondum
 „intermisserit; quia licet semper detentus
 „operis aquariis, alias sanitati suæ molestis-
 „simis, firmitatem in dies majorem valetudi-
 „nis a multis annis debilioris perfenscat,
 „hæmorrhoidibus sine molestia identidem sub
 „medicatione promanantibus. Annū, &
 „diē datarum literarum male me intellexisse,
 „&

„& forsan vetustiores alicubi neglectas jacuisse
 „putabam. Ubi autem veram rem esse, & ma-
 „gnam viri in remedium fiduciam reperi, qui-
 „sceret quidem alternis hebdomadibus ab
 „ejus usu; sed alternis idem ter adhuc repe-
 „teret, suasi, appropinguante præsertim æqui-
 „noctio, quo hæmoptysin alias pati consue-
 „vit. Exinde vero . . . optime quidem &
 „longe melius; quam diu antea habuit, cor-
 „poris etiam habitu vivido magis, & pin-
 „guiori facto.“

c) *Febris intermittens* prægressa ut cau-
 sa, laxitatem vasorum hæmorrhoidalium post
 se relinquens, cui, nescio, quid, febricosi
 adhuc supereft, ad quod abolendum Peru-
 vianus cortex est efficacissimus. P. G. WERL-
 HOF (a) „quibusdam hæmorrhoides cœcæ
 „(ait) cum tenesmo molesto, & alvo adstri-
 „cta prodeunt; sed tempore, & continuato
 „remedii (corticis Peruviani) usu facile, &
 „certo evanescunt, adjectis, aut interposi-
 „tis forte medicamentis ex nitro, aut quæ
 „virtute salina, amara, cathartica ejus natu-
 „ram æmulantur, floribus item vel laete sul-
 „phuris, & ipso millefolii decocto, & quod
 „singulariter vel solum profuisse scimus, du-
 „obus forsan ~~q~~ii dulcis granis vespertinæ
 „cuivis corticis dosi additis.“

d)

(a) Ibidem S. 3. §. 6. p. 121, sq.

d) *Periodicæ hæmorrhoides cœcæ*, earumve molimina; præsertim si ad febrium larvatarum censum pertinent. Atque hujus forte loci est observatio VANDERMONDII (a): non nemo laboravit a biennio cœcis hæmorrhoidibus externis, quovis mense ad cata meniorum instar revertentibus. Consuluit Auctor Peruviani corticis usum, & Væ Snem cum exæcta diæta ob plethoram; imo vivendi rationem prorsus mutandam suasit. His omnibus factis morbus desit. Ambiguum tamen hic est, affatimne sumto cortici, vel diætæ frugali, multo ve motui curatio tribuenda sit?

e) *Ulcera prava hæmorrhoidalia*: usu enim corticis pus emendari, putredinemque corrigi neminem latet, & efficaciam illius hac in re sensit I. A. LEÜTHNERI (b) sexagenarius hypochondriacus sanguineus, sobrius, potu pareissimo usus, vitæ mobilis, & laboriosæ, qui nunquam haftenus morbum expertus a neglecta Væ Sne solenni incidit in hæmorrhoides cœcas inflammatas cum pertinacissima alvi, lotiique suppressione, solennibusque utrique symptomatibus. Enemata, ecco protica, semicupia, & Væ Snes ubi alvum, lotium-

(a) Recueil. T. 6. p. m. 208.

(b) Praktische Heilungs - Versuche der Milz dünste I. Th. 2. Abschn. Nro. 4. §. 39. p. 78. sqq.

Iotiumque sensim ad pristinam libertatem revocasset, interea ani quoque inflammatio in abscessum abiit, ex quo sponte rupto incredibilis vis ichoris nigri fœtentissimi erupit. Pluribus ejus cavis sectionis ope in unum redactis datus interne cortex peruvianus, & ptisana sanguinem depurans, interpolataque eccoprotica, diaeta simul vegetabili imperata. Ichor oxyssime in pus bonum versus, & æger sensim plane convaluit.

f) *Gangræna hæmorrhoidibus inflammatis superveniens.* I. A. BRAMBILLA (a) meminit virginis 28 annos natæ, & ob copiosum sputum pro phthisica habitæ, cui circumcirca hæmorrhoides tumuere strangulatæ adeo, ut intra paucos dies gangræna supervenerit. Factæ ergo incisiones, & deligatio ope unguenti digestivi, ac basilic. æquis partibus mixti; interne datus cortex Peruvianus. Ab his gangræna substitut, mortuoque a vivo paucos intra dies abscedente ægra spatio 3 hebdomadum prorsus est perfanata.

SECTIO

(a) Von der Phlegmone z. Th. 6. Cap. 4. Beobacht. p. m. 185. sq.

S E C T I O . II.
C H I R U R G I A.

C A P U T . I.
S A N G U I N I S M I S S I O .

s. LXXXVII.

I. **S**ANGUINIS *missio* in hæmorrhoidalibus affectionibus omnium fere præsidiorum est princeps, seu effectum spectes, quem præstat rite administrata, seu frequentiam, qua indicatur. Interea multi omnino abusus in mittendo hæmorrhoidariis sanguine committi solent, quos LUDWIGIUS aurea prorsus dissertatione (a) complexus est, usque adeo, ut nullo perinde in remedio, atque in hocce,

(a) Diff. cit.

hocce, peccetur, seu tempora sanguinem de-mendi spectes, seu vasa, &c. Multis pro-fecto hæmorrhoidariis unica sæpe sanguinis missio perperam instituta magno stetit. Ne proinde hic tiro tam facile aberret, certis opus est regulis, juxta quas missionem san-guinis vel præcipiat, vel vetet.

§. LXXXVIII.

A. Indicant generatim sanguinis missionem

a) *Prophylaxis* morbi, præsertim ad prævertenda ejus molimina, vel suppressionem fluxus a plethora. Usu obtinuit, ut prophylacticæ id genus sanguinis missiones vel maxi-me circa solsticia, & æquinoctia instituantur; quippe queis temporibus vulgo hæmorrhoidales turbæ alioquin ingruere solent, ni missio ante sanguine antevertantur,

a) *Therapia* præsentis jam hæmorrhoidalis affectionis variis in casibus missionem sanguinis exposcit, quorum præcipui sunt:

§. LXXXIX.

I. *Plethora* tam universalis; quam topoica, præsertim ea, quam sanguis hæmorrhoidalis ab ano ad alias partes organicas (v. g. vesicam, pulmones, caput, &c.) re-gurgitans ibidem producit, earumque functio-nes ob infarctum vasorum lædit. Universalis plethora

plethora hæmorrhoides & producere potest
nunquam ante toleratas, & easdem, si jam
adfuere, anomalas reddere valet, dum nem-
pe fluxum earum vel nimium efficit, vel etiam
supprimit, dum sanguine multo, mora visci-
diori facto, vasa usque adeo dilatantur; ut
eidem propellendo, & excernendo evadant
imparia: hinc sanguinis missio in plethoricis,
hæmorrhoidas nondum expertis, hasce præ-
vertit; in iis vero, quibus rite, & cum eu-
phoria diutius jam fluxere, cavet, ne fluxus
vel supprimatur, vel nimius evadat. Sic „viri
„meminimus, inquit G. E. STAHLIUS (a),
„qui in 75 usque annum, & hæmorrhoidalili
„stato menstruo plus minus fluxu, & bis in
„singulos annos (vere nempe, & autumno)
„admissis Væ Sbus ita sanus vixit, ut a 44
„circiter anno, quo hæmorrhoides procedere
„cœperunt, usque ad hanc ætatem nullo
„morbo laboraverit; nullo interim reliquo
„robore corporis conspicuus; sed valde me-
„dioeris staturæ in omnem dimensionem, nec
„etiam re ipsa ad paulo notabiliores diætæ
„errores memorabili sensibilitate destitutus.
„Cum autem dicto ætatis anno e sinistra Væ
„Snis operatione periculosa brachii inflam-
„matione contracta deterritus postea esset ab
„usitata repetitione, cœpit tunc demum mani
„festius

(a) Diss. de serum affectibus (4to Halæ 1710.
Resp. L. C. MICHAELIS) §. 38. p. 28.

„festius incommode habere, & successive per
 „3 annos languescere: donec tandem sub finem
 „78 anni ætatis ceu marasmo quodam dece-
 „fit.“ Similem quoque casum suppeditat a
 BAIERO communicatum G. E. SCHMID (a):
 „Parochus septuagenario major, hæmorrhoi-
 „dum fluxu jam antea tentatus, eodem non
 „rite succedente dolorem coxae vehementem,
 „ac diuturnum percessus, inde per sanguinis
 „missionem in pede lateris affecti, & medi-
 „camenta congrua liberatus, redeunte incer-
 „tis quidem intervallis profluvio isto se bene
 „habuit per aliquot annos, repetitis circa æ-
 „quinoctia phlebotomiis, & purgationibus.
 „Cum vero ante biennium in autumno san-
 „guinem mittere vano senectutis metu ne-
 „glexisset, circa brumam subito apoplexia,
 „& dextri lateris paralyxi correptus est. In
 „auxilium vocatus ego statim e brachio fini-
 „stro mittendum sanguinem institui; sed prop-
 „ter ipsius crassitudinem vix paucæ effluxe-
 „runt guttae; manum igitur aquæ præcalidæ,
 „& quam æger, si sensum habuisset, difficul-
 „ter omnino tolerasset, imponendam curavi,
 „unde incisa vena salvatæ sanguis quidem
 „liberaliter prodiit; sed adeo spissus, ut in-
 „ter effluendum in ipsa aqua tam calida, sta-
 „tim coagularetur spermatis ranarum instar,
 „& tenaciter concretus in altum attrahi po-
 „tuerit.

(a) Diss. cit. §. 32. p. 27.

„tuerit. Servatus tamen, & superstes adhuc
 „est, nulloque resolutionis membrorum ve-
 „stigio reliquo fungitur suo munere jam sex
 „supra 70 annos natus. Nuper autem in hæ-
 „morrhoidum vicem superveniente mihi cru-
 „ento laborare cœpit, quem applicatis ad
 „anum hirudinibus, et interna medicina suf-
 „flaminari, aut certe imminui posse non ina-
 „nis haetenus spes fuit.“

a.) *Sanguinis vacuationes solennes ne-*
gle&æ, ut Væ Ses, scarificationes, &c., a
queis hæmorrhoidales affectiones vel indu-
cuntur, vel exasperantur (a): proinde mox,
ut isthæc percipiuntur, illæ denuo sunt in-
stituendæ. Perinde

b.) *Hæmorrhagiæ naturales (ut menses,*
lochia,) justo parciores, vel subsistantes cum
manifestis plethoræ hæmorrhoidas molientis,
vel exasperantis indiciis missione sanguinis
exposcunt; alioquin vero prudentia opus est
in sanguine demendo: enimvero. „in pletho-
,ricis sanguineis, inquit LUDWIGIUS (b),
„catamenia raro largiter fluunt, & tum nifus
„hæmorrhoidales immiscentur. In his inter-
„dum sanguinis missione tempestive admissa
,cata-

(a) Vide §. 29. a)

(b) Diff. cit. p. 417.

„catameniorum fluxus liberior redditur, &
 „molimina, quæ aderant, hæmorrhoidalia sup-
 „primuntur. Sed cum in feminis crebrior
 „plethora a debilitate solidorum oriunda;
 „quam vera sanguinea animadvertisit, judi-
 „cium medici difficile redditur. Phlogosæ in
 „feminis crebrius excitatæ, & cephalalgiae
 „cum his conjunctæ sæpe magis impedimenta
 „liberæ circulationis; quam copiam sanguini-
 „nis produnt, & indignatio, vel ira transfi-
 „atoria, haustus vini, vel alia leviores causæ
 „vix nocerent; nisi humorum movendorum
 „inertia, ut causa prædisponens, habitualia
 „hæc incommoda redderet. Væ So prophyl-
 „acticæ speciosum auxilium affert; attamen
 „transitorium; cum enim subsidia croris recte
 „densandi, & ad elaborationes reliquorum
 „humorum adaptandi deficiant, tenuitas san-
 „guinis oritur, quæ per Væ Ses crebriores
 „fovetur: unde hæ interatæ plus obsunt;
 potiusque tunc sedentaria vita in activam
 mutanda indicatur. Dum vero per ætatem
 cessantibus catamenis in sanis feminis (a)
 „plethoræ signa apparent, Væ So prophyla-
 „cticæ una, vel altera per annum, imo 3tia &
 „4ta ex symptomatibus obortis urguntur. Sed
 „in iis etiam feminis, quæ evidenter plethoræ
 „signa non monstrant, subita catameniorum
 „cessatio

(a) Ibidem p. 418. sq.

„cessatio postulat, ut si gravia contraindicantia non obveniant, Væ So prophylactica instituantur. Hoc eo magis necessarium est; quo evidentius molimina hæmorrhoidalia sentiuntur. Etsi enim hac in re medicus non ad plethoram solam; sed etiam ad humorum dyscrasiam hæmorrhoides efficientem respicere debet, quo eandem aptis remedii corrigat; nequaquam tamen noxiū fuerit, convenientem sanguinis copiam subducere, quæ & dyscrasie corrigendæ favet, & irrigulares sanguinis motus dirigit.“ Quod si vero a catameniis non tam per æstatem desinentibus; quam aliunde cohibitis hæmorrhoides oriantur, neque illorum fluxum revocare propter varia adjuncta (v. g. graviditatem præsentem) liceat, plethora Væ Se est minuenda, quoad edito partu catamenia fuerint reverfa. „Si vero post puerperium demum, lochiis etiam recte fluentibus, molimina hæmorrhoidalia urgent, tunc quidem alia auxilia correctionis, & liberioris circuli humorum negligenda non sunt; quamquam Væ So ut præcipuum ex his quoque suadenda sit“ (a). Porro etiam sanguinis missionem indicant.

§. C.

(a) Ibidem p. 419. sq.

§. C.

2. *Molimina hæmorrhoidalia* graviora, quæ ut plurimum plethora vel universali, vel topicæ debentur; licet non semper causæ illius manifestæ præcesserint. Quantum in his missio sanguinis valeat, docet F. HOFFMANNI
 (a) vir 30 annis major, sanguineus, & spongiosi habitus, ante semestre incipientes hæmorrhoides nactus. Hic lautæ, vinosæque diætæ indulgens, incidit demum in diros lumborum, & abdominalis dolores cum pressione ad præcordia, anorexia, cephalalgia, tremore manuum, extreborum frigore, & alvo adstricta, colorisque faciei rosei in flavum, ac lividum mutatione. Aliis calculum, cachexiam, & hepatis obstructionem; vel malum hypochondriacum aliis diu, & nec quicquam, excepto aliquo levamine, curantibus, dum morbus abhinc semper circa æquinoctia rediret atrocior, nec hæc tenus vena ægro fuisse secta; prudentior tandem postremus medicus imperat usum carolinarum aquarum & quartuor quotannis in pede Væ Sectiones; unde æger diu a vehementia mali evasit immunis,
 „Ecquis est (subdit Auctor), qui te bene
 „considerata addubitare velit, immanes hos,

„qui

(a) Diff. de imprudenti medicatione multorum morborum, & mortis causa §. 6. opp. T.
 6. p. 297.

„qui præcordialem, & abdominis regionem
„fatigarunt, spasmoda plethora, & sanguine
„in visceribus, & plexibus meseraicis stagnan-
„te, qui per sedis venas moliebatur exitum,
„subortos fuisse, quos utique & matura, &
„crebrior Væ So potuisset avertere“. Plura
huc facientia exempla passim (a) deinceps oc-
current.

§. CI.

3. *Cœcæ hæmorrhoides dolentes, & re-*
centes, quæ tempestiva sanguinis missione
sæpe celerrime abiguntur. I. WEISZII (b)
„mercator succulentus de vertigine, spinæ
„dorsi, & lumborum dolore, ardore tubercu-
„lorum hæmorrhoidalium lamentabatur; aver-
„fatur sanguisugas: alvus obstructa est, Væ
„sestio, & manna cum pulpis in sero lactis
„acido dissoluta cum nitro medelam attulere.“
Quod si vero tuberculæ vetusta jam sint, nec
nisi quandoque ex infarctu vasorum doleant;
tunc topica sanguinis missione potius opus
est vel per hirudines, vel per incisionem;
qua de re suis inferius (c) locis dicetur.

§. CII.

(a) Vide §. 109. a) b) c). §. 115. Nro 1.

(b) Pyretol. pract. continuat. I. C. 1. §. 1. p. 20.

(c) Vide §. 113. 115. 117.

§. CII.

4. Inflammatio earundem; hujus enim præcipuum est sanguinis missio præsidium. Hæc vero in exigua etiam ani parte inflammata negligenda non est; siquidem LUDVIGO (*a*) monente, & facile augetur, & in abscessum abit.

§. CIII.

5. Solventium usus, præprimis aquarum Soteriarum, dum hæmorrhoidalis dispositio dissipari debet. Nam „cum non raro accidat, „inquit LUDWIG (*b*), ut sub hac ipsa medendi methodo hæmorrhoides fluentes appareant, rarissime tamen ea constantia, ex qua „verum commodum percipiat æger; id consultius semper habui, ut post resolventium „priorum usum cum fructu adhibitum sanguinis missio institueretur. Hanc sæpe numero „postulat plethora, quæ in hac medendi ratione pulsu pleniore cognoscitur; nam & per „Væ Snem sanguinis circulo liberiori redito, ∇æ medicatae reliqua impedimenta „ex lentore sanguinis nata dissipant“.

§. CIV.

(*a*) L. c. p. 403.

(*b*) Ibidem p. 398.

§. CIV.

6. *Suppreffæ hæmorrhoides* cum functionum læsione, a sanguine hæmorrhoidaliam aliorum regurgitante, plethoramque cum universalem, tum topicalam, & sanguinis lentorem causante. Sanguinis enim tunc missio hæmorrhoidum fluxum vel revocat, vel certe compensat. Interea ubi innocue fluxus hic conquivit, nihil omnino est moliendum; imo nec semper, ubi leviora incommoda fluxum suppressum excipiunt, sanguinis missione sunt oppugnanda; nam „si in homine, „inquit LUDWIG (a), cui hæmorrhoides annœ, tea, & satis regulariter fluebant, fluxus substituit causa vel cognita, vel obscura; „medicus signa omnia cum cessante fluxu appetientia attente observet. Nam cum tensio abdominis, alvus sicca, & saepè tarda, ponderis sensus ad os sacrum, pruritus ad anum, phlogoses, interdum etiam tensesmus, & micturitio adsunt, tunc motu corporis moderato, tenui vietū, potu sufficiente magis aquoso; quam fermentatio impetus nimii moderandi sunt, & alvi interea libertas per manuata, salina, & alia leniora purgantia medicamenta, clysmatibus interdum interpositis, servetur. Impeditur quidem interdum hac medendi ratione regressus,

„hæ-

(a) Ibidem p. 409.

„hæmorrhoidum, constante tamen sanitate.
 „Ubi autem affectus capitis, in primis cepha-
 „lalgia, & vertigo symptomatibus nunc com-
 „memoratis se junxerunt; tunc sanguinis mis-
 „sio omnino instituenda est... Viro ex ebrie-
 „tate cum Summa iracundia hæmorrhoides
 „supprimebantur, qui inde adeo furibundus
 „factus est, ut fasciis ad lectulum adstringe-
 „retur. Non potuimus alio in loco; quam
 „in talo venam incidere, sanguinemque co-
 „piosum emittere: languidus tunc æger post
 „aliquot horas mentis iterum compos siebat,
 „& cum hæmorrhoidalis fluxus denuo appa-
 „reret; post aliquot hebdomas iterum fa-
 „nus factus est. Attamen & hic ex fluxu
 „hæmorrhoidal parum solatii accepit; nam
 „cum diæram nunquam servaret, 36. ætatis
 „anno cacheoticus, & tabidus obiit.“ Effi-
 cax perinde fuit Væ So in c. F. SCHWERTT-
 NERI (a) patre 74 annum agente, eufarco,
 sat vegeto, summe plethorico, & ab adoles-
 centia annuæ Væ Sni affuento, atque per plu-
 res annos hæmorrhoidum fluxum passo, quo
 subsistente vires senis summopere prosterne-
 banrur, musculis colli, ac cervicis usque
 adeo flaccescentibus, ut totum caput antror-
 sum nutaret, cervixque magnopere doleret.
 Frustra variis topicis nervinis collo admotis,
 hæmorrhagia narium, at parca, superveniens
 mitten-

(a) Commerc. Nor. T. 5. A. 1735. hebd. 35.
Nro. 2. p. 274.

mittendi sanguinis necessitatem ostendit. Sed itaque vena paucis post diebus hæmorrhoidum fluxus redit, viresque sensim increvere, ac cervicis dolor desit, superstite tantum capitis antrorum nutatione. Quin imo in lœsis a suppresso hæmorrhoidum fluxu functionibus encephali quandoque non mediocris, & iteratis etiam vicibus copia sanguinis est demenda, cuius rei insignem casum s. A. TISSOTUS (*a*) memorie prodidit, nimirum: fortiori robustoque viro 53 annorum ad 30 usque annum insignes hæmorrhagias, & abhinc hæmorrhoidum fluxum passo, ex abusu demum spirituorum cum fatigiis, vigiliis, ac triennii molestiis animi fluxus hæmorrhoidum prorsus substituit, quem anno post subita, vehementerque vertigo exceptit. Vae seclio facta cum levamine; sed post trimestre gravior vertigo rediit cum difficiili loquela, & insigni crurum imbecillitate. A sanguine tantum parce dementio, exhibitoque emetico æger aliquot dies languebat cum dyforexia, magnaque siti: unde sola aqua alebat sese non sine levamine. Catharticum datum haud magno effectu. Convalescens demum æger uno, alterove dein mense mitius habuit; assidua nihilominus vexatus cephalalgia, parumque dormiens nulli negotio diu vacare potuit. Post 10 ab ultima

(*a*) Abhandl. von den Nerven u. ihren Krankh.
4. Band, p. m. 180, sqq.

tima invasione hebdomadas vertigo rediit
 multo vehementior comite lævi brachii para-
 lyti. Larga Væ So malum utrumque sustu-
 lit, superflite cephalæa. Invalescente interea
 mœstitia æger liberalius vino indulxit; unde
 crescentibus cephalæa, & vigiliis vertigo fere
 assidua evasit. Adhibita salia volatilia, me-
 dicamenta spirituosa, similesque fatus capi-
 tis, ac dorsi, & vesicantia. Interea spatio
 6 hebdomadum quinques insignes convulsio-
 nes in brachio est expertus, & post bihorii
 decubitum magna cum inquietudine toto cor-
 pore conveltebatur, citra ensuum tamen ab-
 olitionem. Loquela 12 dies mansit perquam
 impedita, mœstitiaque ad amentiam pene in-
 crevit, non sine memorie etiam labè, ut
 æger nil amplius tractare posset. Severa au-
 tem diæta, & copiosæ catharses cephalæam
 mitigarunt, memoriamque repararunt. Sed
 ex multo TRæ succini usu denuo ter totius
 corporis convulsiones, & brachii lævi paraly-
 sis reverterunt, tristitia usque ad apathiam
 increscente. Tum tandem TISSOTUS consul-
 tus, imperato vegetabili victu cum aquæ po-
 tu præbuit omni mane seri lactis colati 3xx
 cum ♂ Sedlicensis 3j. Væ Sum prima facta
 ad 3x, altera post 8 dies ad 3vij, & reli-
 quo trimestri 14. quoque die sanguinis 3vij
 detraetæ. Postridie cuiusvis Væ Snis cathar-
 ticum datum. Omnia alia remedia interdicta,
 post 3 menses vertigo cum convulsionibus ex
 toto desit; cephalæa nec jam assidua, nec
 intolerabilis, somnus horarum aliquot, tri-
 stitia

stitia multo minor, memoria vigebat, viresque in dies succrescebant, excepto brachio paralytico, in quo robur lente renascebatur. Continuata diaeta cum sero lactis, & iteratis 6. quaque hebdomade Væ Sne cum catharsi æger post 4 menses omnis morbi evasit expers, nisi quod cephalæa interdum recurrerit, & parum quid stuporis in brachio superfuerit. Pristinæ abhinc diaetæ æger porro insistens recuperavit constantem sanitatem. Huic ergo cum singulares Væ Snæ nil opis tulissent, sæpius certis ex intervallis iteratæ profuere.

§. CV.

7. *Hæmorrhagiæ*, hæmorrhoidum vicariæ, quas vel suppressæ hæmorrhoides, vel anomala earum molimina producunt, ut: hæmoptoe, vomitus; mictusve cruentus &c. unica sæpe idoneo loco instituta missione sanguinis cohibentur, hæmorrhoidalisque insuper fluxus non raro revocatur. Unica sane Væ So in ZETTERMANNI (*a*) medico utrumque præstitit, i. STORCH (*b*) viri meminit, 40 annorum, sanguinei, & perquam plethorici, qui multas narium hæmorrhagias juvenis passus, postea durum abdominis tumorem

(ob

(*a*) Vide §. 108. *b)*

(*b*) Obs. Clinic. ann. 4. Feb. d. 4. §. 1. Nro. 12, p. 119.

(ob quem subinde multis hebdomadis domi
se tenebat) nactus , exeunte anno 1725 in
stymatosin incidit , sanguine puro sine urina
ex pene profluente. Illa cohibita Februario
A. 1726 cœpit notabilem sanguinis copiam
citra peculiarem dolorem exscreare. Cum au-
tem simul interdum pruriret velut ex hæmorrho-
nidum nisu anus , auctor phlebotomiam
in pede , tum catharticum , demum hirudines
ad anum consuluit ; sed sola Væ So pedis
screatum sanguinis ita minuit , ut hirudinibus
haud opus fuerit.

§. CVL.

8. *Fluxus immodicus hæmorrhoidum*
utrum sanguinis missionem exposcat , haud per-
inde inter omnes Practicos convenit ; sunt
enim , qui illam scopo vel revellendi , vel
plethora minuendi (quamdiu vires , & alia
indicia sinunt) necessariam esse velint ; alii
vero nihil utriusque horum deferunt ; alii
denique media incedunt via. Non multum
sane revulsoriæ , & derivatoriæ Væ Sni fiden-
dum esse M. ALBERTI (a) monuit „quando
„(inquiens) hæmorrhoides modo prodige
„profusæ fuerunt , vires magis destruit , at-
„que enervat , & ita æquivoce subvenit ,
„dum artifex de indubia efficacia non satis
„certus est ; de eo vero majorem certitudinem
„habet ,

(a) L. c. §. 23, p. 209.

„habet, quod si post usum Væ Snis hæmo-
„rrhoïdes non subsistunt, tunc ob majorem
„penuriam sanguinis periculosiores effectus
„insequantur. Neque etiam maturius venam
„secare convenit; quia artifex non certus est,
„an hæmorrhoides in excessum delabantur,
„& an non proficiat: quo interdum paulo
„larginus hæmorrhoides succedant. Quodsi
„itaque nulla necessitate urgente talis artifi-
„cialis sanguinis subtractione instituatur eo qui-
„dem tempore, quando hæmorrhoides fluunt,
„tunc liberiori earundem successui non exigua
„perturbatio inducitur siquidem (*a*) fa-
„cile contingit, ut post Væ Snis usum in
„brachio, motus in superiores regiones re-
„dundent, et si hæmorrhoides subsistunt, vel
„actualis vomitus cruentus, vel molimina eo
„spectantia, aut motus hæmoptoici, vel pa-
„themata cardialgica, asthmatica, hepatica,
„splenética, &c. insequantur.“ Nonnul-
lis isthac exemplis alibi (*b*) dandis eva-
dent luculentiora. Quantum autem ad ple-
thora: „in iis tantum, inquit LUDWIG (*c*),
„sanguinis missiones fluxus hæmorrhoidales
„immoderatos cohibent, in quibus magis ex
„plethora sanguinea; quam ex dyscrasia san-
„guinis

(a) Ibidem §. 25. p. 211. sq.

(b) Vide §. 54. Nro. 8. d).

(e) L. c. p. 413. fq.

„guinis oritur. Cum vero in hæmorrhoida-
riis magis ad dyscrasiam humorum; quam ad
abundantiam sanguinis respiciendum sit, fa-
cile patet, Væ Snem minus tutum in iis esse
auxilium.“ Nam si non tam e plethora; quam
potius ex tenui, acrique sanguine immodicus
accidat fluxus, Væ So et si forte pro tempore
illum cohibuerit (quod ipse etiam fluxus sibi
relictus efficit, ut post determinatam sanguini-
nis copiam clapsam conquiescat), sanguinis
tamen tenuitatem, & acrimoniam augendo
etiam dispositionem ad fluxum immodicum
augebit, sicque plus oberit; quam pro brevi
tempore profuerat. Interea tamen haud tam
rarus est ex plethora vera immodicus hæ-
morrhoidum fluxus, ac quidem LUDWIG nobis
persuadet; si quidem illam sæpenumero & ne-
glectæ, solennes alias, sanguinis missiones,
& catamenia, lochiave suppressa, & ipse quo-
que interdum diutius restitans hæmorrhoida-
lis fluxus habitualis, &c. progignant: hinc
recte F. HOFFMANNUS (a) „non adeo insi-
lens est (ait) ut in corpore plethorico, re-
stitante aliquamdiu sueto alias fluxu, a ve-
hementiori corporis, vel etiam animi com-
motione, a potu spirituoso liberalius assimi-
to, balneo nimis calido, aut medicamento
intestinum sanguinis motum nimium inten-
dente

(a) Med. rat. Syst. T. 4. P. 2. S. 1. C. 4.
curat. §. 1.

„dente non modo subito, & confertim fiat;
 „sed & solito diutius infistat sanguinis cum
 „pulsu magno, & vehementi per hæmorrhoi-
 „des profusio. Quod ubi accidit, primo
 „omnium divertendus, ac derivandus sanguini-
 „nis impetus, eumque in finem sanguinis
 „missio in brachio, vel brachiorum in liquo-
 „rem aquoso-vinosum tepidum immissio ap-
 „prime ex usu est.“ &c. Pulchre his dictis
 congruit L. RIVERII (a) observatio de nimio
 hæmorrhoidum a deficientibus per aliquot
 jam annos catameniis fluxu identidem rever-
 tente, nullisque aliis præsidiis; quam phle-
 botomia brachii avertendo. Nimirum Aprili
 Anni 1651 matrona 40 annorum deficienti-
 bus ab aliquot annis catameniis incidit in
 immodicas hæmorrhoides nullis remediis per
 8 menses cohibendas: unde cachexia hydro-
 pem minitans, summa debilitas & icterus
 enatus. Cum nulla jam ferret remedia, & ec-
 coprotica quoque fluxum proritarent, con-
 sultus demum Auctor potionem 4 continua
 diebus usurpandam præscripsit.

L. Tamarindor. 3*ss.*

Fol. plantag. M. j.

Myrobal. citr. 3*j.* Coqv. ad 3*vj.* In
colatura infunde

Rhabarb. elect. 3*j.*

Spicæ

(a) Obs. med. Cent. 4. Obs. 64.

Spicæ nardi ℥. Expressione facta dis-
solve

Syr. rosac. ʒj.

ʒ rhei ℥j. F. potio.

Cujus a prima dosi licet quinques dejec-
rit; fluxus tamen sanguinis conquievit, &
idem a reliquis evenit dosibus. Tum in 12
dies datus julepus e decocto rad. pentaph.,
& torment. fol. plantag., pimpin., & mille-
fol. cum Θe prunelle, ac syrupo granator.
paratus, interpositis 5. quoque die cathar-
ticis. Toto hoc tempore hæmorrhois non
fluxit. Ne autem contumax fluxus diutinus,
revertique solitus porro rediret, in multos
ab hinc dies datus Θ. ♂. a gr. vi. ad viij,
& 5. quoque die potio dicta purgans. Per 5
septimanas ab horum usu fluxus non revertit;
his autem lapsis denuo ægra sub quavis al-
vina dejectione purissimi sanguinis copiam
egerebat. Postridie ergo denuo data potio
purgans, a qua ter, vel quater dejecit sine
ulla sanguinis egestione. Altero a catharsi die
imperatum balneum ex hordeo, plantag.,
polygono, summitat. rubi, & rosis rubris
biduo usurpandum. Deinceps eadem remedia
toto mense data. Vires ab his in dies cre-
vere, vividus redibat faciei color, ac tan-
dem pristina successit sanitas. Circa finem ta-
men ejusdem mensis calor in hypochondriis,
& somni tempore inquietudines obortæ.
Hæc a copia sanguinis renati & sursum re-
gurgitantis (qui per anum prius, & multo
ante

ante per uteri vasa effluere consuevit) enasci liquebat: instituta ergo phlebotomia brachii; quo facto dicta symptomata sublata sunt.

§. CVII.

B. *Selectus vasorum in sanguinis missione*, ubi indicatur, utiliter, ac citra noxam instituenda proximam sibi ab indicatione curam vindicat; quippe quo spreto haud raro in gravissimum discrimen, aut vitæ, aut sanitatis certe æ gri conjiciantur. Ab experientia enim certum est, sanguinem ex hydrostatices legibus semper versus venæ vulnus (ubi minor est resistentia) concitatus ferri. Porro & illud experiundo didicimus, hæmorrhoidalem sanguinem, si per ani vasa erumpere nequeat, ab iis refluente, vel ad vesicam urinariam, vel ad superiora viscera regurgitare non sine functionum hisce in partibus læsione. Eapropter hæmorrhoidalis sanguis eo promptius ad superiora verget; si brachii, vel alia ano altior fuerit pertulæ; nisi forte vel nifus sanguinis hæmorrhoidalis deorsum major sit nisu versus venæ vulnus, vel idiosyncrasia corporis contrarium efficiat. In delectu ergo sanguinis mittendi quoad vasa generalis esto canon: *quoties hæmorrhoidales nifus vel abolendi sunt citra sanguinis ad superiora regurgitationem, vel ad fluxum* (quem forte vel nimia vasorum distensio, vel spasmi partium morantur) *perducendi, vel fluxus suppressus revocandus, missio*

missio sanguinis ex ano, vel e vasis infra hunc sitis facienda est: contra ea, ubi præfens vel indubie instans hæmorrhoidum fluxus est cohibendus, sanguinem e vasibus supra anum remotioribus demere oportet. Non nullis tamen canon hic non tanti esse visus est, ut religiosam illius habendam esse censemrent rationem, quos inter etiam LUDWIG (a) „mihi . . . rebus omnibus rite perpensis vi- „detur (ait) Væ So omnis depletoria, dum „modo sufficientem sanguinis copiam subdu- „cat, optima esse; cum selectus venæ non „sine ratione suasus interdum in incidenda „vena fieri nequeat.“ Hac in sententia eo etiam confirmabatur magis, postquam Væ Sñe „in hæmorrhoidibus non rite fluentibus quo- „cunque demum loco, vel qua copia illa in- „stituatur, fluxum brevi restitutum cognovit“ (b). Sed pace cl. viri dicere licet, paucos admodum, & idiosyncrasias potius tribuendos esse id genus casus, quibus communis, & constans alioquin reclamat experientia, quæ paulo ante datum canonem longe esse verissimum confirmat. Hinc

§. CVIII.

(a) L. c. p. 410.

(b) Ibidem p. 412.

§. CVIII.

1. *Brachii e venis demendum sanguinem
esse imprimis indicant sequentia:*

a) *Fluxus nimius hæmorrhoidalis a plethora totius vel partis obortus; hac enim ratione non modo sanguinis boni copia, seu plethora totius corporis minuitur; verum etiam nifus sanguinis in vasa ani (ut paulo ante vidimus) contrario inducto motu regurgitatorio sursum infringitur, & eliditur, sicque topica intestini recti, vel & vesicæ urinariæ plethora imminuitur.* Unde M. ALBERTI (a): „Væ „So in brachio motibus hæmorrhoidalibus „sublevandis, & ordinandis haud conductit; „quare ad hæmorrhoides cœcas, & excedentes revellendas Væ Snem in brachio vulgo „ordinant.“ Plura hanc in rem deinceps & testimonia, & exempla (b) occurrent. Cum autem, ut alibi (c) dictum fuit, haud semperatum sit id genus in casibus nifum illum regurgitationis ad superiora simul, ac semel uno veluti momento inducere, cautela C. F. LAURENTII (d) hac in re data non videtur asper-

(a) Diff. de hæmorrhoid. salubri, & insalubri promotione §. 9. p. 26.

(b) Vide seq. c) & confer. §. 54. N. 8. d).

(c) Vide §. 54. N. 8. d).

(d) In notis Hippocraticis, not. comistor. 10.

aspernanda, ut videlicet phlebotomia id temporis non fiat magna in vena, amplio vulneri, & uberi copia, sed e venula exili, parcaque copia, & iteratis potius vicibus instituenda. Sic enim ille: „ad hæmorrhoidum diuturnum, & nimium fluxum nihil tutius, quam uti lenibus, temperatis evacuationibus, & revulsionibus moderatis; & iteratis admodum justo, & debito tempore per Væ Sem institutis, non neglectis hepar alterantibus, & roborantibus: ut ego observavi talia profuisse in me ipso, qui per 10 menses singulis diebus, & noctibus fui hæmorrhoidum nimio fluxu vexatus. Hæmorrhoides enim diuturnæ, & nimiae Væ Snam per revulsionem instituendam indicant, urgente que. Proinde aperienda vena 1.) minor, quæ minore dispendio sanguinem spiritus, & vires exhaustit; 2.) remotior, ut in maiore distanta revulsio fiat. Eligenda igitur in manu dextra Salvatella, quæ urgente fluxu repetenda, admoto digito per intervalla sub fluore sanguinis. Lenes autem, & temperatae evacuationes constabant ex syrupo de rosis siccis ad 3ij. pro dosi, sicut hepar conservantia, & roborantia ex conserva radicum cichorii, speciebus diamargar. frig., diatragac. frig., item diarrhodonis Abbatis cum nitri ppt. modico, & aliis hæmorrhoidum fluxui dicatis, quorum usu... evasi.“ Interea, qui venarum delectui hic nihil tribuant, possent non abs re in contrarium ad-

K 2

ferre

ferre I. c. GORTZII (a) observationem; ille
 enim „novit . . . Principem . . . qui . . .
 „hæmorrhoidibus statò tempore fluentibus cum
 „euphoria hæc tenus gaudet. Huic si in vere
 „(ut assuevit) brachii vena tundatur, mox post
 „Væ Snam hæmorrhoides erumpunt, & salu-
 „tariter ad aliquot dies fluunt.“ Perinde
 etiam LUDWIG (b) „novit virum arthritide
 „affectionem, qui affirmaret, se scarificatione
 „omni mense in novilunio instituta, & ar-
 „thritidem arcere, & blandum semper hæmo-
 „rrhoidum progressum sibi conciliare. Quan-
 „quam vero hanc ejus spem per aliquot annos
 „certo expletam cognovi; tamen paulo post
 „inordinatis insultibus arthriticis, & hæmo-
 „rrhoidibus cum magno vitæ incommodo va-
 „riantibus ita vexatus est, ut tandem ante
 „60 annum moreretur, quamvis summum se-
 „neclutis fastigium ex hac re vellet attingere.“
 Ex binis his casibus abunde liquere credi pos-
 set, nisum illum regurgitationis ad superiora
 per sanguinis missiouem e vasis ano altioribus
 haudquaquam progigni; quandoquidem utro-
 que hocce in casu hæmorrhoidum fluxus po-
 tius; quam regurgitatio acciderit, ac proinde
 in minuendo, cohibendove nimio hæmorrhoi-
 dum fluxu brachii Væ Sni præ quavis alia
 non plus esse deferendum; cum copiam tan-
 tum

(a) AEt. nat. cur. Vol. 2. Obs. 185.

(b) L. c. p. 411.

tum sanguinis minuat. Verum enim vero jam superius monui, paucos admodum esse hujusmodi casus, & indubie idiosyncrasiae peculiari tribuendos; siquidem infinites plures sint, qui contrarium evincunt. Unus instar omnium esto, quem F. HOFFNANNUS (a) refert: vidua 49 annorum, sanguineo-cholérica, spongiosa, mobili animo, post sanissimum cœlibatum nupta, etiam quinques mater, nullo gravi tentata morbo, ut & crebris curis, & mœrori obnoxia, 40 annos nata ex vehementi terrore subito menses amisit. Neglecta re horrenda cephalalgia, vertigo, & intultus apoplectici sunt oborti; sed ab larga vulneris in fronte supra lœvam orbitam e gravi lapsu accepti, hæmorrhagia protinus omnia evanescere. Abhinc Væ Snes fieri coepitæ, sed inordinatæ, & modo binæ uno anno, modo nulla per biennium. Lapso a mensium suppressione biennio hæmorrhoidis fluere coepit, idque plures in annos statim temporibus cum insigni levamine, donec ultima æstate ob neglectum sub fluxu regimen substitisset. Nati hinc spasmودici dorsi, & intestinorum dolores. Ab usu antispasmodicorum, nitrosorum, præcipitantium, resolventium, pilular. balsam. HOFM., ac STAHLII, & pediluviorum rediit denuo hæmorrhoidalis fluxus, sat largus, sanguinis modo floridi; modo grumosi, modo muco

(a) Consult. & resp. med. Cent. 2. Casu 24.

muco etiam albo, ac fetido remixti, sed imi-
 ventris spasmi superstites, totumque saepe
 latus laevum, & caput in consensu trahen-
 tes, apoplecticos interdum insultus simula-
 bant. Accitus ergo in autumno alias medi-
 eus venam juxta pollicem manus tundi jubet.
 Quid fit? Malum in dies ingravescit, aegra-
 fit clinica, saevissimi ingruunt ossis sacri dol-
 ores, alvus segnis, inquies, extremorum frigus,
 & intolerabilis ardor in ano. Priora ergo adhiberi coepita remedia, & intume-
 scentibus ab eorum usu haemorrhoidibus coe-
 cis admotæ, præmissis fortibus, hirudines
 multum sanguinis eduxere, at sine levamine;
 imo internæ haemorrhoides ita simul intumu-
 ere, ut enemata alvum motura, spasmosve
 lenitura gravem causarint dolorem. Ob affi-
 duos ergo intestinorum spasmos alvus non-
 nisi data manna solvebatur. Externe insuper
 circa anum ex crescentia dura, juglandem
 æquans enata est, cuius in apice saepius albæ
 pustulae obortæ sponte iterum abibant: tumor
 parte superiore mollior, fortius compressus,
 prodebat dolorificam duritatem. Cum discuti-
 nec injectionibus, nec sacculis posset, emol-
 lientia duritie nihil imminuta dolores intule-
 runt atrociores. Porro quotidie a 5 vesperti-
 na ad medianam usque noctem febricula, hor-
 rorem æstu jam leniore; jam graviore exci-
 piente, aegram invadebat cum pulsu celeri,
 duroque, lotio rubro, paucique sedimenti.
 Cetera sitis nulla, appetentia inconstans, so-
 mnus inordinatus; at sine sudoribus. Exitus
 morbi

morbi ignoratur. Potuit ergo phlebotomia venuæ exilis juxta pollicem manus revocatum hæmorrhoidum fluxum ocyus cohibere, relictis tantum ad cœcas in posterum hæmorrhoides causandas nisibus, cur non nimium fluxum amplior brachii secta vena moderari possit, vel plane compescere? Copiam certe sanguinis phlebotomia non usque adeo videtur minuisse ob tantum vasorum hæmorrhoidalium tumorem consecutum; sed spasmoidicos nisus aliquatenus ad superiora excitavit, licet eos, qui deorsum tendebant, non prorsus eliserit.

b) *Morbi capitidis, & pectoris ex aliorum opinione phlebotomiam brachii poscent, nempe ob celeriorem vasorum infarctionum revulsionem, depletionemque. Verum ut id in capitidis affectionibus hæmorrhoidalibus concedam; de iis tamen, quæ ad thoracem pertinent, haud perinde sentio. Nam licet utriusque loci hujus morbi debeantur hæmorrhoidalii sanguini illuc regurgitanti, tamen in morbis capitidis utpote brachio altius siti phlebotomia cubiti nisum illum regurgitandi sursum insigniter minuere, imo & elidere valebit, contrario ad venæ tuſæ vulnus effecto nisu: quod in situ pectoris cum brachii situ collato haud obtinet. In utrisque quidem dictis morbis turius semper e talo mittitur sanguis, ut in LUDWIGII (a) furioso vivimus,*

(a) Vide §. 104.

dimus, & plura deinceps (a) afferemus; vehementer tamen affecto capite etiam cubiti phlebotomia non est inefficax, quod liquido colligere est ex observatione L. P. ZETTERMANNI (b): medicus 44 annorum, sanguineo-cholericus, cœlebs, paucis obnoxius morbis, nullisque hæmorrhagiis & capitum doloribus unquam vexatus, post scabiem in adolescencia litu artuum depulsam incidit in 3nam a paroxismo 7. sine ullis remediis; sed solo spontaneo sudore copioso judicata. Juveni jam, & medicinam ægris facienti ischias lateris dextri in suram usque excurrens accedit, quam unica Væ So in pede sustulit. Lapso hinc triennio post liberalius haustum toto anno vinum caterva malorum ingruit; primum enim circa regionem superiorem intestini recti sentire cœpit punctiones leviusculas, quas insequebantur varia pathemata hypochondriaca, segnior alvus, hypochondria (lævum in primis) inflata, ac tensa, spasticae ventris strictræ, dyspnœa, imbecillitas insignis artuum, somnus profundior, & a prandio maxime molestans, atque per vices mentis alienatio: quam ob rem lectum petere est coactus. Medici anamneseos ignari morbum

(a) Vide §. 110.

(b) Disp. fist. hæmorrhoides ex palato profluentes 4to Erford. 1722. Praef. I. A. FISCHER.

bum pro epidemicō tunc grassante habentes
 cardiaca, & alexipharmacā dabant, frustra ea
 deprecante lucidis intervallis ægro, & Væ
 Snem deposcente. Post longam curationem
 convaluit; sed in sequentibus annis verno præ-
 fertim tempore eadem recursabant sympto-
 mata cum fece alvina striis cruentis extrinse-
 cus notata; quæ tamen phlebotomia in pede,
 & mucus albus tragacanthum solutum refe-
 rens, ad aliquot cochlearia alvo egestus, de-
 nū sustulit. Novissimo vere post brunnam
 potissimum sedendo, multamque in noctem
 lucubrando exactam eadem rursum sympto-
 mata sunt oborta, dilataque Væ Sñe mane
 quodam ægrum e lecto egressum vertigo (nun-
 quam haetenus tolerata) prehendit, cum ten-
 tiva artuum, præfertim superiorum, gravitate,
 ac inter prandendum eodem die post obor-
 tum in palato acutum, scindentemque dolo-
 rem perceptum ocyus tumor subnigricans,
 transversum digitum ab uvula distans est ob-
 servatus. Vena erat arro sanguine distenta,
 inque momenta usque adeo accrescens, ut
 suffocationis metum injecerit; sed leni lin-
 guæ appressione rupta fluidi sanguinis ad duo
 cochlearia sensim eructavit, indeclinabili
 fluxum hunc excipiente somno. Phleboto-
 miam ergo haetenus dilatam non amplius tu-
 to differri ratus protinus a prandio pedilu-
 vium calidum adhibuit, summoque mane
 postridie e mediana lævi brachii demi san-
 guinem jussit; qui licet nil vitii præferret,
 bihorio tamē post Væ Sñe æger in recto
 sensum

sensum relaxatarum strictrarum percipient aliquoties mucum album instar gelatinæ aliquot cochlearium alvo excrevit, illico etiam cessantibus symptomatibus. Deinde per aliquot dies sequenti usus est \mathfrak{f} :

R. Lap. 69. citrat.

O succo ceras. tinti $\frac{1}{2}$ \mathfrak{f} .

Cinnab. opt. ppt. gr. v. M. F. \mathfrak{f} .

Hunc dein variis mutavit modis, quan-
doque conchas ppt., vel \mathfrak{f} . diaph. substituendo, alias dosin mutando. Cumque a catharticis abhorret, enemata ex ∇ a falsa admisit, quorum a primo sexies, quater ab altero, & sic porro dejecerat, summa cum euphoria, cessantibusque mox hypochondriorum tensionibus. Ab his æger plane convaluit. Periade TISSOTI (a) æger a vertigine sua, & convulsionibus cum amnesia, folis in brachio (ut videtur) saepius institutis phlebotomiis ex toto est liberatus.

c) *Abolitio morbi hæmorrhoidalnis*, si iste nempe vel recens, vel periculosus admodum, vel sponte sua citra ulla mala cessans, neque ullenatus indicatus, &c. sit, ita ut ejus averruncatio proficia esse censeatur, factis prudenter circa solstitia, & æquinoctia, & quo-

(a) Vide §. 104.

quotiescumque insignes hæmorrhoidales nifus
sele exlerunt, phlebotomiis in cubito mör-
bus hæmorrhoidalibus pedetentim aboletur. Do-
cuit id jam olim GALENUS (a) dicens: „si
„retentæ hæmorrhoides mittendi sanguinis
„occasionem præstiterint, siquidem cohibere
„eas voles, quæ in brachio sunt; si provo-
„care, quæ in cruribus consistunt, venas se-
„care convenit.“ Perinde G. E. STAHLIUS (b)
„si desuefacere (inquit) potius; quam juvare
„hanc excretionem ex viu videatur, in parti-
„bus superioribus Væ Snc, vel scarificatione
„pro diversitate habitus, seu temperamenti“
id fiat cōportet. Atque hoc re ipsa est referen-
dum, quod facere F. HOFFMANN. (c) in cœ-
cis hæmorrhoidibus cum colica consueverat,
nempe tam ad sœvam illam colicam abolen-
dam; quam ipsas etiam varices dissipandas
„venam tunc ego (inquit) non in pede; sed
„in brachio secari præcipio, ad meliorem
„sanguinis a partibus inferioribus ad superi-
„ores derivationem; exterius vero duo re-
„media expertissimæ virtutis deprehendi,
„quorum alterum est linimentum . . . alterum
est

(a) De eur. rat. per sangu. miss. Cap. 6.

(b) Diff. de motu sang. hæmorrhoidal., &c.
Cap. 10. p. 2).

(c) Med. rat. Syst. T. 4. P. 2. S. 2. C. 5. curat.
§. 9. Opp. T. 2. p. 289.

est epithema^c (a) &c. Quam parum autem aliis id genus in casibus ad colicas, & cardialgias hæmorrhoidales mitigandas cubiti phlebotomia prospicit; imo quam sæpe lædat potius, documento est 1. STORCHII (b) femina 30 annis major, phlegmatico-sanguinea. Hæc ex lauta diæta, & otio a 2, vel 3 annis admodum corpulenta incidit in plurimum hebdomadum cardialgiæ hæmorrhoidalem cum anxietate, quæ ubi 3 hebdomades jam vexasset; facta phlebotomia in cubito sævior evasit (nendum mitior), simulque ocyus ante terminum fluxus catameniorum ingruit cum dolorifica micturitione. Datae ergo 2. Martii tres MRæ rhab. doses, & 3j. amari 3j, antisp. 3j. M. pro 6 dosibus, cardialgiæ fustulere, superstite ad 8am usque micturitione: quo circa 3 prior datus, imperatusque litus ex oleis scorp., & petr. Die 14. rediit colica cardialgica cum tenesmo: hinc præter MRam rhab. datae pil. BECHER., & purg. 3j; sed cum ab altera MRæ dosi metiles fluent cum levamine, iussa est nonnisi his finitis uti pilulis. Harum dosin 18va sumsit: postridie levamen attulere; sed post iram vespere ejusdem diei vehemens cardialgia revertit cum frigore crurum; sed a MRa rhab., &

(a) Vide §. 131. Nro 8.

(b) Quinque partit. præst. A. 1731. d. 4. p. 194. sq.

& $\ddot{\sigma}$ antispasm, cum magn. alb. die 20. melius habuit, & relicta simul cerevisia biduo adhuc recte valebat. Cumque 23. novus rediret; levior tamen, insultus, hunc aliquot MRæ rhab. doses, & una pilularum denuo profligarunt, superstite tantum postridie aliqua adhuc cesophagi constrictione. Nocte diei 25. æstus cum siti adfuit: idcirco præscriptum

$\ddot{\sigma}$. $\ddot{\omega}$. \odot . dulc. 3iij.
Syr. fl. pap. rh. $\ddot{\beta}$. M.

S. ter de die gtt. 30, simulque interdum dosis $\ddot{\sigma}$. antisp. cum magn. alb. capiatur. Unde altero die levamen. A meridie diei 27. denuo horror, & æstus, & vesperi fluxus haemorrhoidalis sanguinis ad cochl. ij. successit, continuavitque etiam postridie, utut cum tenesmo, & tuberculis ani. Datus interne $\ddot{\sigma}$ antispasm., magn. alb., & arcan. dupl. Externe anus illitus ungu. camph. alb., & sacculi e flor. chamom. in lacte maceratis admoti. Die 29. sanguis puri mistus lubricæ consistentiæ prodibat; unde 30ma tantum levata est, ut lectum desereret, sed lenes adhuc dolores coxæ aderant: hinc insistebat usui MRæ ex liqu. anod. min. cum. syr. fl. pap. rh. Aprilis prima cum bene adhuc valeret, 6ta e pede sanguis bonæ notæ eductus, & dein data dosis pilular. ante dictarum, atque abhinc ad 4am Maii usque sana mansit; quo tempore cum post insuctum motum de-

nus

nuo fieret anxia, ab una pilularum dosi rur-
sus levata est, & ex usu juscui cum herbis
nasturtii aquatichi, beccabungæ, chelidon.
min. recte valebat. Die 30. catameniorum
tempore oborta tormina ad aliquot MRæ
rhab. doles desiere.

§. CIX.

2. *Pedis autem phlebotomiam, si nimi-
um hæmorrhoidum fluxum excipias, omnis
alia hæmorrhoidalis affectio melius fert, quam
quæ in brachio instituitur. Præprimis vero
illam exposcunt.*

a) *Molimina graviora hæmorrhoidalia,
ut sunt: dolores capitis, dorsi, stomachi,
intestinorum, artuum, præsertim coxæ, &c.
Cum enim hæc ab infarctu vasorum dictis in
partibus non sine spasmis concurrentibus ori-
antur, queis hæmorrhoidalis sanguis erronee
ibidem subsistens, vel etiam illuc regurgitans
occasionem præbet, facile pater, infarcta
vasa sanguinis missione, quæ sæpe simul etiam
spasnum ab infarctis vasis ortum solvere so-
let, esse deplenda. Cum vero plurimum in-
tersit, ne depletio hæc nisum simul sanguini,
vasisque inducat sursum regurgitandi, unde
gravissimæ affectiones oriri solent, nisusque
hic a sanguine superioribus e venis apertis
excitetur, non item a phlebotomia partium
infra anum sitarum: satis intelligitur, phle-
botomia hic non brachii; sed pedis locum
esse,*

esse, id quod & paulo ante allatus STORCHII
(a) casus edocet, & plures etiam alii conte-
stantur.

b) *Cœcæ hæmorrhoides* indolentes, dolentes, inflammatæ; in his enim phlebotomia pedis vasa infarcta deplendo citra regurgitationem celerrimam fert opem. Sic apud M. ALBERTI (b) „matrona annorum 35, 7 libe-
„rorum mater, admodum tenera: dum ute-
„rum fert, ordinarie bis Væ Snem in pede
„sibi institui ipsa postulat, quamprimum nem-
„pe dolores abdominis spastici, & hæmo-
„rrhoïdes cœcæ repullulant, jam satis ex-
„perta; nullo alio subsidio tam præsentaneum
„sibi levamen obtingere. Factum est aliquan-
„do, ut cum vena minus late incideretur, ac
„nihil fere sanguinis stillaret; illa præ metu
„aliam sibi venam aperiri recusante, nihil
„quoque solatii, sed potius dolorum exasper-
„ratio sequeretur.“ Perinde i, STORCHII (c)
auriga multis ab annis rheuma, subinde hu-
mescens, & aliquoties erysipelas, ac retro-
cessione morbos periculofos creans passus,
incidit in vehementes intestini recti dolores,

&

(a) Vide §. præced. c)

(b) Diff. de Væ. Snis. in pede gravidar. affi-
tuto, & salubri (ato Hale A. 1724. Resp.
A. HOIELSINO) Cap. 3. p. 30.

(c) Obs. clin. ann. 1. Jul. d. 4. Nro 1. p. 170.

& inflammationem cum multis hæmorrhoidum varicibus, colore striatum leporis tergum, ac humectatum æmulantibus. Imperata, quam neglexit, pedis phlebotomia, lituumque in locum admoto podici vino calido, ac datis MRæ ex TRæ rhei 3ij, TRæ Qri 3j, 4ta quaque hora gtt. 30. æger intra paucas horas levatus 3tio die domo egressus est. Huc etiam I. A. RAIMANNI apud A. E. BÜCHNERUM (a) observatio pertinet: vir 48 annorum, ex abusu vini gutta rosacea foedus, & aliquoties hæmorrhoidum fluxum passus, incidit post prævios dorsi, lumborumque dolores, cum alvo tenesmode in laniantes utriusque pedis dolores, quos post varios fortis octiduo adnotos sic satis abegit; sed non multo post intumescentiam hæmorrhoidum in ano sensit, & quandoque etiam sub ficeriori alvi cœgestione aliquot sanguinis guttas excerni animadvertis. Fluxum hæmorrhoidum, sibi alias salubre promovere cupiens, nescio, cuius medici suasu, dum sæpius vi editis alvinis nixibus id perficere satagit, loco fluxus naestus est hæmorrhoides cœcas tumentes, perquam dolorificas cum gravi pectoris opplemente, noctu præsertim spiritum intercludente, siccaque tussi. Accitus demum Auctor invenit in lævo recti limbo tumorem iuglandi nuclei æqua-

(a) Misc. phys. med. A. 1728. Octobr. d. 4.
art. 6, p. 1398, sqq.

æqualem, e nigro fuscum, durum, & at-
tractum nullatenus ob dolores ferentem, qua-
propter æger nec jacere, nec sedere valebat,
in primis vero ad tussim dolor sœviebat. Ocyus
ergo larga in pede phlebotomia facta, fotus
e fl. samb., verbasci, herb. linar. &c. in laetè
coctis ano admoti; interne vero ob alvum
nycthemero non egestam datus haustus, olei
amygd. dulc., cum pauxillo Ψ ii dulcis, cum
enema vix applicari potuisset. Sub noctem
 Ξ is nitroso - cinnabarinus exhibitus. Conti-
nuantibus autem nihil secius doloribus po-
stridie datum infusum millefolii calide sèpius
hauriendum, tumorique præter priorem fotum
etiam linimentum ex albo græco cum oleo
verbasci, & fl. calendulæ, ac pauxillo cam-
phoræ applicitum. Emollito post 3 dies ali-
quatenus tumore, & sub egestione alvi san-
guinis aliquid præbente, ad promovendam
ejus resolutionem idonei fotus in vino cocti
applicabantur, eo cum successu, ut intra pau-
cos dies curatio fuerit absoluta. Pectoris
symptomata mox a Væ Se evanuerunt qui-
dem, sed expectoratio aliquamdiu adhuc per-
gebat: donec & hac sub usu resolventium
prorsus cessante pristina demum rediisset san-
itas. En Væ Sem in pede ad hæmorrhoidales
pectoris morbos abolendos perquam profi-
euam! Quæ etsi ani inflammata tuberculæ
non perinde leviora reddidit, saltem etiam
non auxit; id quod tamen fieri oportere
nonnulli perperam contendunt. Sane de uti-
litate phlebotomiæ digiti minimi pedis agens

TRNKA Hist. Hæm. Vol. II.

L

M.

M. A. SEVERINUS (a) „nos (inquit) sectæ
 „eiusdem venæ beneficium experti sumus in
 „doloribus hæmorrhoidum spondis, quibus
 „& implacidos dies, ac insomnes noctes
 „per multas duxerat legum doctor: . . .
 „ISALONUS. Surculum interioris saphenæ, qui
 „inter pollicem, proximumque digitum pedis
 „excurrit, aperiri feliciter in hisce malis re-
 status etiam ab experto est ARN. VILLA-
 „NOVA“ (b). Haud itaque video, cur F.
 HOFFMANNUS (c) in dolore intestini recti ex
 hæmorrhoidibus maluerit venam in brachio
 referari; siquidem in pede secta perinde juvet,
 ac siac regurgitationis insuper metu.

§. CX.

(c) *Morbi a suppressis, anomalisve hæ-
 morrhoidibus nati, ac vel maxime superiorum
 partium.* Cum enim hi a regurgitante aliorum
 sanguine orientur; nisus ille sanguinis ab
 his partibus ad venæ in pede vulnus est aver-
 tendus. Profuit omnino hæc phlebotomia

LUD-

(a) De efficaci medicina L. i. P. 2. de phle-
 bot. C. 33. p. 60.

(b) Libr. de confid. oper. medic. Dist. 2. P. 1.
 C. 2.

(c) Vide §. præced. c).

LUDVIGII (a) viro ex suppressis hæmorrhoidibus furioso. Et „novimus, inquit F. HOFFMANNUS (b), ischiadicum dolorem ex hæmorrhoidibus suppressis aperta in pede vena protinus ex toto sublatum fuisse, neque minus recordamur in atrocibus totum abdomen, & male fluentes hæmorrhoides afflignantibus doloribus Væ Snem in pede institutam, pariter & nitrosa, atque emollientes clysteres, omne curationis punctum tulisse.“ Cur igitur alias (c) in cubito venam secandam suasit?

§. CXI.

d) *Fluxus hæmorrhoidum.*

(a) *Instans*, si indicatio sit eum promovendi; plerique enim illum phlebotomia pedis facilitari, accelerarique asserunt, solo id F. PLATERO (d) negante. Non ita sane crebro saltem id evenire vel solæ hactenus allatæ variorum observationes evincunt; neque enim idem hic; quod in catameniis obtinere videatur. Eatenus tamen Væ. So. in pede instantem

(a) Vide §. 104.

(b) L. c. T. 3. S. 1. C. 9. §. 19. Opp. T. 11
P. 344.

(c) Vide §. 108. c).

(d) Prax. med. T. 3. p. m. 570.

tem fluxum promovere est censenda, quod sanguinis ad anum nisum contrario nullo nisu interturbet, &, si forte præ nimia vasorum sedalium turgescientia fluxus nequeat succedere, blanda illorum deplectione facta, obstatculoque ita sublato, sanguini viam ad erumpendum quasi sternat. Exemplum hujusmodi suppeditat I. STORCHII (*a*) vir prope 60 annorum, melancholico-cholericus, pene per 20 jam annos molimina haemorrhoidum expertus, sed quæ vice quadam contraria Væ. Se. interturbata ita evaserant anomala, ut nunquam haec tenus haemorrhoides prodierint. Hic Martii 2., instante Væ sectionis vernalis tempore, cum coryza, tussisque molesta, eam non admitterent, medicina catarrho primum facta, atque in hujus declinatione, demum ipso in æquinoctio phlebotomia pedis instituta id est consecutus, ut mane diei 24 Martii non exiguis haemorrhoidalis sanguis eruperit, qui ægrum reddidit alaciorem. Auctor ad fluxum aliquatenus adhuc promovendum, vel mucum saltem evehendum præscripsit:

R. M. P. BECHER ðij.

— purg. ðj. M.

S. bis per hebdomadem vesperi pilulas 10.
Effectus erat laudabilis.

(*b*)

(*a*) Obf. clin. ann. 6. Martii. d. 4. p. 500.

β) Suppressus, qui pedis phlebotomia vel revocatur, vel certe compensatur. Ad revocandum fluxum cohíbitum hanc phlebotomiam commendatam fuisse a **GALENO**, aliisque jam ante *(a)* vidimus, & **LUDWIGII** *(b)* furioso suppressum hunc fluxum secta in tali vena denuo revocavit, furoremque auspicio sustulit.

§. CXII.

3. Ani denique ex vasis hæmorrhoidalibus ipsis non raro sanguinem educere oportet, idque dupli scopo; videlicet, vel ad fluxum hæmorrhoidum arte producendum, vel tantummodo ad infarctum sedalium vasorum, indeque orta symptomata tollenda. Fluxus porro arte excitati finis rursus duplex est; nimurum: ut nifus sanguinis hæmorrhoidalis: vel ad sedis vasa, at imperfecte, & cum functionum læsione tendentis promoveatur, cum symptomatum mitigatione; vel alias ad partes anomalo motu regurgitantis elidatur, aut etiam in nifus verius anum convertatur, & ita symptomata ex hac quoque anomalia orta profligentur. Binis vero modis ani vasa aperiri solent; nempe vel cultri acie;

vel

(a) Vide §. 108. *c)* §. 110.

(b) Vide §. 104.

vel hirudinibus admotis : verum cum non eadem semper sit utriusque hujus methodi utilitas , ita ut alias hirudines incassum ; alias culter periculose applicetur ; liquet operæ esse pretium , ut utriusque hujuscæ præsidii legitimus , opportunusque usus tironibus ex aſſe explanetur.

§. CXIII.

a) *Hirudines* veteribus hosce in fines ignotæ , nostrorum temporum industria detectæ , tantæ sunt seu in fluxu hæmorrhoidum arte excitando , seu in malis illarum mitigandis utilitatis , ut specifici nomine haud indigñas G. E. STAHLIUS (a) censuerit . Odione hujus , an prolixioris experientiæ defectu F. HOFFMANNUS (b) hirudines sibi habuit suspectas , & ambiguæ utilitatis ? serius tamen erorem suum dedoctus maxime proficuas ſæpe esse confessus est (c) . Pene autem desipit I. D. SANTORINUS (d) scribens : „hinc constare puto ampulloſum hoc esse remedii genitus , ceteris ni deterius , non equidem mājus ;

(a) Diff. de sanguifugar. utilitate (4to Hale 1699, Resp. I. I. COLERO) Cap. 4. p. 15.

(b) L. c. S. 2. C. 9. Theor. 21, Schol. opp. T. I. p. 462.

(c) Vide §. 115. Nro. 1.

(d) Opusc. med. §. 49. p. m. 188.

„jus; sed aut enormis præjudicij signum, sive
 „(ut diximus) desperatæ salutis, aut exhau-
 „stæ medicinæ prodromon. Nec mihi expe-
 „rimentorum myriades pro hujus saluberrimo
 „usu reponant; sit experimentis fides, at sit
 „cautum alioquin difficillimum experimentorum
 „judicium.“ Quid jam hoc homine facias,
 cui myriades observationum de utilitate hi-
 rulinum, ut eas admittat, non sufficiunt?
 haud utique sine ullo discrimine ubique sunt
 applicandæ; quandoquidem alias inutiles sint,
 alias etiam noxiæ. Proinde

§. CXIV.

a. Contraindicant earum applicationem.

1) *Inflammatio varicum hæmorrhoida-
 lium præsens*, vel jam facta suppuratio, recte
 notante id c. F. SCHULZIO (a), ista enim
 nondum præsens ab inflammatae partis vulnere
 facile consequitur.

2) *Varices grandes, vetustæ*; quia ple-
 rumque & illarum tunicae crassiores sunt, quam
 ut ab hirudine ad cavum usque penetrari pos-
 fint, & sanguis diutius ibidem stagnans in
 grumosum abit crassamentum, ab hirudine non
 amplius evacuandus. Monet id ipsum M.

AL-

(a) L. c. p. 26.

ALBESTI (a) „practici solertiores (inquiens)
 „ad hirudinum usus in hisce cœcis hæmorrhoi-
 „dibus configiunt, neque quidem male, sed
 „cum hac discretione, quo mox in primis
 „initiis applicentur; alias si tumentes hæmo-
 „rroides cum inflammatorio mortu stipatæ
 „sunt, & turgentes aliquamdiu substiterunt,
 „ut in cutanea vesiculari illa protuberantia
 „sanguis jam in coagulum prolapsus sit; tunc
 „hirudines partem non apprehendunt.“ Dis-
 „sertius etiam I. L. SCHMIDERUS (b) hirudi-
 „nes tali in casu & inutiles, & interdum etiam
 „noxias esse ostendit: „ubi tubera hæmorrhoi-
 „dalia (ait ille) sunt grandiora, vesanum est
 „hirudines admoveare; quamvis viderim eas
 „imperari in varicibus pomum magnis. Chi-
 „rurgus illas in id genus adjungetis suadens
 „non videtur unquam apertam vidisse hujus-
 „modi varicem, nec ullam tenere ideam stru-
 „eturæ, indolisque illius; nam quo amplius
 „grandescit varix, tanto etiam tunicarum ip-
 „fus increvit crassities, quam sæpe annulari
 „digito æqualem reperi, ut proinde tunc hi-
 „rudines tam crassas tunicas morsu penetrare,
 „coagulumque sanguinis educere nullatenus
 „valeant. Idcirco non inutiles modo sunt,
 „sed vidi etiam ejusmodi varices ab admotis
 hiru-

(a) Diss. de hæmorrhoidib. cœcis §. 24.

(b) Vermischte chirurg. Schriften 1. Band. 2.
 Abschn. p. 108.

„hirudinibus, aliaque inepta medela cancero-
„fas evasisse.“ Hinc tali in casu exitus co-
acto sanguini melius ferro paratur, ut paulo
post (*a*) dicetur; quidquid contra sentiat c.
F. SCHULZIUS (*b*).

3) *Internæ hæmorrhoides* perinde hiru-
dinum usum vetare censentur. Cum enim hi-
rudo externo tantum ani limbo admota non-
nisi vasa externa hæmorrhoidalia apprehendat,
si morbus ab sanguine internarum hæmorrhoi-
dum oritur, creditur tunc hirudo non inuti-
lis modo; sed etiam noxia esse posse, ob san-
guinem non peccantem eductum. Ingens ra-
tio dubitandi, quod ex parte affecta sanguinem
hauriant hirudines, hæc est inquit F.
HOFFMANN (*B*): „quod ipsæ ex hæmorrhoi-
dibus externis, cum internæ lateant, su-
gant, quæ exiguum vel plane nullum com-
merciuim cum vasibus intestinalibus meseraicis,
& portæ ramis, in quibus tamen sedes pa-
thematum spasmodicorum & hypochondria-
corum, habent; in fluxu vero hæmorrhoi-
dali hæmorrhoides internæ sanguinem stil-
lant, & ob id si convenienti modo, & tem-
pore fluunt, vitiis ex stagnatione in ramis
venæ

(*a*) Vide §. 117. (*b*) L. c.

(*b*) L. c. §. 25.

„venæ portæ oriundis apprime opitulantur.“
 V. TRINCAVELLA (a) id ipsum videtur voluisse, dum monet, non esse admovendas ano hirudines, si hæmorrhoides non tumuerint, i. e. si nullæ adsint varices externæ, videturque id confirmare M. ALBERTI (b) observatio: „contigit mihi (narrat ille) habere „virum per longum tempus moliminibus hæ- „morrhoidalibus externis, spasmodicis, ar- „thriticis, ad pedes usque evagantibus, & „hos podagrīcī doloribus excruciantibus ve- „xatum, in quo non obstante larga evacua- „tione per hirudines, & debito medicaminū „usu nullus constans sequebatur effectus, sed „motus spastici vix per 3, 4ve dies emanſere, „ex consuetudine iterum redeuntes.“ Ad ex- ternas quidem hæmorrhoides casum Author refert; sed quam parum id ſæpe numero al- ferere liceat, nemo qui vasorum hæmorrhoi- dalium extēnorū cum internis nexum, va- riumque amborum decursum apprime novit, ignorat. Unde etiam conſequitur, hirudines ad mala ab internis quoque hæmorrhoidibus profecta debellanda, vel certe mitiganda non raro proſitus utiles esse; id quod variis dein- ceps exemplis in medium datis patebit liqui- dius

(a) De rat. cur, partic. H. C. affect. L. 9. C. 14.

(b) Diff. de flux. hæmorrhoid. provocat. (4to Halæ 1719. Resp. A. HERRMANN) theſ. 21. p. 13.

dius. Certe s. BIANCARDI (*a*) Juvenis 25 annorum ab internis hæmorrhoidibus miserimos dolores passus, admotis hirudinibus eos depulit, ita ut nunquam amplius redierint.

§. CXV.

β. Indicant vero illarum admotionem

i. Molimina hæmorrhoidum cum nisu sanguinis vel ordinato versus anum; at insufficien-
tia ad fluxum producendum; vel anomalo in alias partes seu vicinas, seu remotiores,
quacunque alia tentata medendi methodo non
sopienda. Ordiamur moliminum horum ex-
empla a capite, digressuri ab iis in alias par-
tes. F. HOFFMANNUS (*b*), ubi in apoplexia
sanguinea utilem esse supervenientem hæmo-
rrhoidum fluxum cum COO, agnovisset,
„maxime iis, qui eundem antea jam experti“
subdit: „nos ad obtinendum hoc præter
ditiones in ano, & admissos fatus maxime
proficiam censemus hirudinum applicatio-
nem.“ Et „Nobilem Patavinum ætatis
mediæ, melancholicum ab epilepsia libera-
vit

(*a*) Institut. chirurg. P. 3, C. 20, Opp. T. 2,
p. 462.

(*b*) L. cit. T. 4. P. 2. S. 1. C. 7. curat, §. 3,
Opp. T. 2, p. 244.

„vit B. SILVATICUS apertis quovis mense ve-
 „nis hæmorrhoidalibus“ teste I. RHODIO (a).
 Videtur sane in melancholico corpore simul
 alia medicus hic observasse phænomena, quæ
 arguerent, epilepsiam ab anomalis hæmo-
 rrhoidum moliminibus fuisse productam:
 qualis & ille fuerit, cuius M. ALBERTI (b)
 casum refert, qui „prægressis in juventute lar-
 „gis narium hæmorrhagiis, in proiectiore æ-
 „tate vero gravissimis hemicranicis doloribus
 „initium sensit cataractæ, quæ nil obstante
 „Væ Se in pede; externis discutientibus,
 „internis & libus laxantibus, in dies majus
 „sumebat incrementum; adhibito vero, &
 „continuato hirudinum usu cum topicis di-
 „scutientibus evanuit.“ Huc item pertinet,
 cuius meminit E. D. SALOMON (c), juvenis
 ad 17 annos natus, in apyretam, & conti-
 nentem capitis imbecillitatem lapsus, ut sine
 duce incedere nequiret. Nullis licet præsen-
 tibus hæmorrhoidum cœcarum indiciis BER-
 GIUS suasit hirudines ano admovendas; quod
 hujus adolescentis pater in juventute ab si-
 mili capitis imbecillitate hæmorrhoidum fluxu
 sit liberatus; applicatis ergo illis æger post-
 ridie

(a) Obs. med. Cent. I. Obs. 65.

(b) Diss. cit. thes. 17.

(c) Act. Suec. Vol. 22, Trimestr. 2, Nro. 5.
p. 137.

ridie prorsus sanus fuit. Porro (a) mulier 40 annorum nocta est vehementem laeva in lumbari regione, ac spina dorsi dolorem, quem securæ graves abdominis tensiones, & vix 4. diebus lapsis, dolor lævum etiam femur, genuque invadens fese per crus ad pollicem usque extendit, lacerans ac lancingans, præser-tim ubi ægra assurget, at sine tumore. Nec erysipelas, nec podagra, nec hæmorrhoides coecæ præcessere, sed mox a 2do puerperio insolita in intestino recto sensatio sine ullo tamen tumore, oborta est. Cetera mulier sæpe alvina laborabat obstrunctione. Cum inspectus anus ruborem circa sphincterem ostenderet, ocyus admota hirudo. Eductis sanguinis 5v. ægra noctu placide dormiit, ac postridie ab omnibus symptomatibus immunis est inventa, levi tantummodo superfite in pede, ac femore sensatione, quæ postea perinde evanuit. Plura similia etiam G. E. STAHLIUS (b) com-memorat. Vir erat 40 annis major, mel-an-cholico - sanguineus, a 5 vel 6 annis cere-visiam vino sufficere coactus; curisque, & iræ sæpius obortæ deditus, atque inde ad anxia melancholico-hypochondriaca pathemata pronus, demum & præludia ischiatrico - nephritici mali noctus, cum a STAHLIO molimina esse hæmorrhoidum, utilesque ad illa hirudines audisset, reposuit, se ante 8, vel

am-

(a) Ibidem p. 138.

(b) Diss. cit. p. 16.

amplius annos semel, vel bis illis e medici
 consilio eo cum successu fuisse usum, ut inde
 fibi veluti renatus videretur. Perinde (a)
 „vir habitus sanguinei quinquagenarius a plu-
 „sculis annis circa orificium ani pruriginoso,
 „& quasi leviter serpiginoso malo (quod fe-
 „re Galli les hæmorrhoides blanches vulgo
 „vocare solent) vexatus, tandem oleo com-
 „posito hyperici, lilior. albor., & similibus
 „ab hac quidem molestia liberatus fuit; sed
 „incidit non ita multo post in febrem inter-
 „mittentem, a qua (ut est suspicio) per chi-
 „nam chinæ liberatus cum paulo post iter su-
 „scipisset . . . pluvia, & frigida tempestate,
 „in febrem cum paroxismo vehementissimo,
 „& paralytode relapsus, mox inde rheumati-
 „cas passiones in artibus persensit, quæ mox
 „magis, magisque in ischiadicas, & arthriti-
 „cas conversæ jam in 3um annum patientem
 „exagitant, repetitis nempe variis insultibus.
 „Apud hunc patientem cum etiam denique
 „hirudinum mentio fieret, ipse similiter recor-
 „datus est, quod præsidio hoc ante 18. cir-
 „citer annos similiter aliquot jam vicibus
 „usus fuerit, coque ipso tum temporis non
 „exiguum levamen, & alacritatem corporis,
 „animique inde persenserit.“ Haud secius
 (b) vir alias 40 annis major, melancholico-
 cho-

(a) Ibidem.

(b) Ibidem p. 17.

cholericus, in juventute vinis Gallicis, Italicis, Austriacis, & Hungaricis usus, in tantam incidit ischiadem, ut stanti spina dorsi obrigesceret, quam ad confidendum cito fletere nequiens nec promte assurgere sine severissimo dolore poterat: a quo demum crebriori malo Viennæ admotis hirudinibus cito, constanterque sanatus est. Id dum religioso cuidam narraret, reposuit iste, in toto suo Ordine commune, arcanumque esse hoc remedium, a quo monachi pancratice valerent. Denique (a) & viri 43 annorum meminit, arthriticos totius spinæ dorsi dolores, & asthmaticam circa scapulas pressionem, ac non nunquam (a vehementi præsertim ira) anxieties præcordiorum, & pectoris cum siccata russi patientis, qui propterea phthiseos initia esse ratus una, alterave vice Væ Snem, at inordinate, instituit, deincepsque iterum intermisit: donec Auctoris confilio hirudines admotaæ insignem sanguinis copiam eduxere, & hæmorrhoides post aliquot inde hebdomades eliciuere. Unde habitum resumit, & ab omnibus symptomatibus est liberatus, superstitiis tantum interdum in externis partibus aliquibus arthriticis vestigiis. Insignem etiam hujus comitatis casum c. o. MOLLERUS (b) literis prodidit:

(a) Colleg. casuall. magn. Casu 14. p. 188.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 18. A. 1721. Novembr. d. 4. art. 12. p. 518, sqq.

Præco sacer 33 annorum, cholerico-melan-
 cholicus a 18vo ætatis anno hucusque sem-
 per valetudinarius, sæpeque vehementes in-
 sulfus hypochondriacos, a queis raro peni-
 tus liber erat, expertus; nihil tamen feciis
 totas hebdomadas fere sine induciis docendo
 cum acri animi intentione, & affectibus exi-
 gebat: unde etiam assiduo madebat sudore.
 Alias toto anno ita in raucedinem proclivis
 erat, ut eam vel ab hora intcnfiori sermone
 contraheret. Ante aliquot annos medicorum
 suasu Væ Ses aliquoties celebravit; postea
 vero rectius valens eas prorsus omisit. Tan-
 dem cum a gravi febre rite percuratus brevi
 post immoderate & labori, & appetitui denuo
 nunc reverso, quo pluribus jam annis caruit,
 indulgeret, aliquando post prehenditur dolore
 cutaneo, & carnium toto corpore, qui, ubi
 æger concionando aliquoties magnopere in-
 caluisset, remittens in sola fese brachia, &
 pedes contraxit, ut ut e brachiis iterum fere
 in totum abierit. Abhinc tantummodo que-
 rebatur de ardenti dolore pedum (potissimum
 que in carnibus, licet sæpius etiam dolor in-
 trinsecus, ac præsertim in pollice, & circa
 articulos sentiretur) cum tanta omnium artu-
 rum lassitudine, ut si vel uno $\frac{1}{4}$ horæ pro con-
 cione diceret, fesso inde caput æstuaret, ac
 sudaret. Auxit etiam lassitudinem hanc assidua
 agrypnia cum magna anxietate, ægrum nun-
 quam in lecto ferente. Singulare simul erat,
 quod cum ante toto corpore solitus esset su-
 dare, nunc solo capite, pectori, & dorso
 uber-

uberrime sudantibus totus venter, & superni artus siccii essent. Dictus item dolor febrile quid præseferebat; quippe qui alternis diebus sævius affligebat, magno cum æstu, ceteris diebus factis tolerabilibus. Ubi summus erat dolor, ibi (& passim alibi etiam) efflorescabant maculae rubicundæ, ac livide; sed brevi iterum evanidæ. Ante hunc morbum, præsertim ante febrim, multas habuit in manu rubras maculas magnis cum torminibus; saepque paucas pustulas, & gingivarum cruentationem. Principio hujus morbi exigua Væ So facta; dein aliquoties pro alvo referanda STAHLLII pilulas, & pro sanguine depurando decoctum e sassafras, &c. haust; at sine levamine. Consultus Auctoꝝ præmisso tridui usu infusi rhei, 4to vel 5to die, quo nempe remissio dolorum aderat, 4 hirudines ano ad moveri jussit. Abhinc per aliquot tempus præbuit omni mane infusum discutiens dia-phnoico - diureticum; vesperi autem Æm ex conchis citr., arcano dupl., & nitro, sub diæta molli, ac diluente, salubrique corporis motu. In posterum vero monitus, ut semper circa æquinoctia vel hirudines repeatat, vel Væ Sem in pede substituat. Facta omnia eo successu, ut intra 2 horas, postquam hirudines deciderant, dolor fere omnis evanuerit, & sub remediorum datorum usu cetera quoque symptomata sensim abierint. Ita & monachus 46. annorum, sanguineo - melan-cholicus ab hypochondriaco - cardialgico - nephriticis passionibus pertinacissimis in verum TRNKA Hist. Hæmor. Vol. II. M hexi.

hecticum statum, omnibus jam conclamatum visum, prolapsus admotis ano hirudinibus intra breve tempus convaluit, & repetito circa singula æquinoctia eodem remedio athleticum recuperavit corporis habitum, donec post 11. annos (indubie ob neglectas sanguinis missiones) ex hydrope interiit. Neque minoris ponderis est observatio, quam E. D. SALOMON (a) suppeditat: mulieri 29 annorum lævo in pede oborta est rosa bullata cum valido tumore, tantoque dolore, ut noctu, diuque careret quiete, idque in 5 dies cum capitis gravitate. Apertæ vesicæ, sine levamine. Ex anamnesi patuit, ipsam cœcas quandoque hæmorrhoides habuisse; sæpe vero spinam dorsi dolere, & alvum assiduo esse obstructam: hinc nihil licet vitii in recto viseretur, tamen ocyus 4 hirudines ei admotæ sanguinem ad 3v. elicuere. Postridie post totam noctem pacatam dolor pedis plane absuit, tumore simul ita imminuto, ut cutis prius tensa nunc rugosa esset, ruborque etiam pallesceret. Gravitas quoque capitis abiit, & ægra sensim prorsus convaluit. Ejusdem (b) vir 42. annorum toto dorso dolores passus cum pectoris oppressione, & primum somno inquieto, ac sudoribus nocturnis; dein autem aliquo corporis tremore, ac demum aurium

(a) L. c.

(b) Ibidem Vol. 26. Trimestr. I. Nro 19. p. 61.

aurium susurro, punctionioque temporum dolore: hirudines ano applicari jussit: unde symptomata partim desistere, partim lenita sunt, & reverso 4ta abhinc hebdomade dorsi dolore, ut ut mitiore, admotis iterum hirudinibus sanguinis circiter 3vj. eductæ optato cum successu. Denique & A. LEBENWALDTII
 (a) casum adducere visum est: „juvenis qui-
 „dam temperamenti sanguinei, passus est her-
 „niam varicosam in interna scroti tunica di-
 „latatis vasis spermaticis cum dolore & pon-
 „dere, quoties deambularet. Aperitur vena
 „brachii ob plenitudinem sanguinis; nec gutta
 „effluit: pedibus comprimit locum affectum;
 „mitigatur dolor, & largissimo rivulo saltat
 „sanguis foras. . . Valde levatus fuit per
 „venæ aureæ mediantibus sanguisugis aper-
 „tionem.“ Ex hac tenus ergo dictis satis,
 superque probata habetur hirudinum in moli-
 minibus hæmorrhoidalibus sanandis utilitas.

2. *Varices parvæ recentes*, proinde
 molles, nondum callosæ, nec vehementer
 inflatae nulla alia arte deplendæ, & abolendæ,
 vel sponte sua crepare (si criticæ sunt) non
 valentes. „In parvis adhuc, inquit I. L.
 SCHMUCKER (b), & pisum, vel nucem par-
 „vam

(a) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 6. Obs. 97.

(b) Vermischte chirurg. Schriften 1. Band. 2.
 Abschn. p. 107.

„vam æquantibus tuberculis hirudines sunt
 „singularis prorsus utilitatis , a queis illa ple-
 „rumque aperta a suo crasso sanguine vacu-
 „antur , & concidunt“ atque in fotu dein ,
 vel enemate admota aqua frigida partes re-
 laxatae contrahuntur , pristinumque ad offici-
 um redeunt (a). Nihilo minus tamen hand
 pauci fuere , qui minus tuto hæc insecta ano
 applicari existimaverint. F. HOFFMANNUS (b)
 propria sua experientia didicit hirudines sæpe
 inutiliter , aliquando vero cum evidenti noxa
 suisse administratas : „vidit multoties in ve-
 „hementibus , & inveteratis hypochondri-
 „orum spasmis hirudines sine effectu applica-
 „tas ; vidit easdem levamen tantum ad tem-
 „pus attulisse , vidit quoque ab earum appo-
 „sitione ad hæmorrhoides cœcas mali mo-
 „ris ulcera , & fistulas procreatæ.“ Et multo
 jam ante istum T. BARTHOLINUS (c) ex hiru-
 diribus admotis (ait) „multi ulcera nacti Ne-
 „apoli me præsente , unde fistulæ , aliaque
 „mala ad nosocomium miseros detruerunt.
 „Phthisicum novi ibidem misere exinde fi-
 „stula ani tortum. CHERIBI medicus Ebraeus
 „(d) testatur ex his vulneribus complures
 „fato

(a) Vide §. 119. Nro 4.

(b) L. c. T. 3. S. 2. C. 9. theor. 21. Schol.

(c) Histor. anat. Cent. 4. histor. 74.

(d) Libro de Væ Se.

„fato cessisse inflammatione, dolore, abscessu.“
 Eadem & alii ingeminantes maluerunt varices
 ferro ; quam hirudinibus unquam referare.
 Sed pulchre ad hæc LUDWIG (a), qui ubi
 cultro alias, alias hirudinibus aptius venas
 hæmorrhoidales aperiri docuisset, demum sub-
 jungit : „post tales evacuationes, præsertim
 si ægri nimia humorum corruptione laborant,
 ulcera remanere satis notum est ; hæc etiam,
 cum „in spurco loco sint, difficilium purgari,
 „& nonnunquam sinibus, & fistulis ad anum
 „oriundis occasionem præbere : sed hoc in
 „uno, & altero auxilio evenire vidi, nec
 „evitari posse credo, nisi medicus in dyscra-
 „sia corrigenda attentus, & chirurgus in ul-
 „ceribus purgandis diligens, & prudens sit“
 Idque eo facilius evenit, si ut superius (b)
 vidimus, hirudines vetustis, grandibusque
 applicentur. Quod vero sæpe brevi tantum
 cum levamine, & sæpe nullo etiam successu
 fuerint admotæ, nemini mirum videbitur, cum
 non sint remedium infallibile ; & certiorine
 levamine uspiam aliud remedium in hæmo-
 rrhoidalibus malis adhibetur ? Ceterum nu-
 merosi omnino casus præsentissimam hirudi-
 num cœcis hæmorrhoidibus provide applica-
 tarum utilitatem commonstrant. S. BLANCAR-
 DUS

(a) L. c. p. 402.

(b) Vide §. præced. Nro 2.)

DUS (aa) puerperæ varices hæmorrhoidales majori nuci moschatæ æquales habenti admonitis hirudinibus sanitatem reddidit. Et „quam „laudabilem, inquit v. RIEDLINUS (a), con- „ferant opem venis hæmorrhoidalibus dolen- „tibus, & sanguine plenis appositæ, . . . „me ipsum quoque experientia docuit. Cum „enim . . . rei tormentariæ præfectus a dictis „doloribus rebus humanis tantum non exem- „tus, omnia alia frustra in usum reduxisset, „tandem ab hoc vermiculo levamen sensit, & „quidem tam præsentaneum, ut vix eodem „delabente dolor omnino . . . cessaverit; „quin imo (quod adhuc magis mirandum est) „in hunc usque diem cesset.“ I. STORCH apud A. E. BÜCHNERUM (b) narrat cholericum juvenem 30. annorum a femestri ter expertum fuisse invasionem spasmī manuum, pedumque cum syncope, quæ ſe antisp. cum epilept. nigro brevi ſemper mitigabatur. Sed ubi dein venter cœpisset inflari, datæ pilulæ STAHLII cum levamine; verum oborta circa ani exitum angustatio docebat morbum esse nifus hæmo- rrhoidum. Incredulus juvenis diu abhinc,

at

(aa) Instit. chirurg. P. 3. C. 20. Opp. T. 2.
p. 462.

(a) Lin. med. ann. I. Decembr. 6. p. 422.

(b) Miscel. phys. med. A. 1727. Jannuar. d. 2.
art. 2. §. 4. Nro. 3. p. 47.

at incassum, alias medici opera usus est; donec hæmorrhoidale tuberculum enatum fidem rei fecisset. Admotis ergo hirudinibus, tusaque aliquoties pedis vena immunis evasit a spasmo, & syncope, flatulentias tamen retinuit. E. D. SALOMONIS (*a*) consanguinea intolerabilem mejendi difficultatem cum dolore in imo spinæ dorsi, ac pressione abdominis, & saepe vertigine, ac perturbatione capitidis passa cum ab initio cathetere nonnisi 34 lotii reddidisset, explorato intestino recto mox ad orificium 2. varices repertæ sunt: protinus ergo 4 hirudines admotæ intra horam omnem dolorem sustulere. Unde reversos deinceps dolores eodem semper præsidio fugabat. Multo autem hisce sunt luculentiora duo exempla, quæ apud A. HALLERUM (*b*) I. B. L. CHOMEL posteritati reliquit: vidi-
mus (inquit iste) „mulierem annos 39 natam,
„asthmatis paroxismo variantibus anni tem-
„pestatibus suffocatam, hepatide saepius la-
„borantem, nephritico quandoque dolore di-
„vulsam, colica modo intestinali, hysterica
„modo fatigatam, hisque affectibus variis eo
„magis obnoxiam, quod ob hæreditariam,
„&

(*a*) L. e. Vol. 22, Trimestr. 2. Nro. 5.
p. 137.

(*b*) Diff. med. præf. T. 4. Nro. 116 (ergo tu-
midis hemorrhoidib. hirudines. Præf. I. F.
c. MORAND) §. 5. p. 122. sqq.

„& vagam arthritidem cum puerili scabie sup-
 „pressa conjunctam tota nervorum compages,
 „lævum in modum levissima de causa doleret,
 „& spasmodice torqueretur. Huic miseræ...
 „toties a pueritia repetita fuerat Væ So, ut
 „vasa omnia cubiti, radii, carpi, pedis, lan-
 „ceola foedata, & quasi concisa operationem
 „licet indicatam omnino rejicerent. Hanc
 „in assueto diversorum symptomatum paro-
 „xysmo visitans cum invenisset dolente ab-
 „domine, hepate tumido, diaphragmate quasi
 „fursum retracto (sæviebat acriter asthmatis
 „paroxismus) exiguoque pulsu laborantem,
 „ecce natura, tantis et si oppressa, & fatigata
 „symptomatibus, per tumidas hæmorrhoides
 „sublevare se enixa est... Protinus admo-
 „vendas hirudines jussi. Vix sanguis fluere
 „incepit spissus, feculentus, atro-rubescens,
 „cum subito pulsus reviviscere, ventrem de-
 „primi, urinas cieri, diaphragma descendere,
 „acrem spirari, hepatis regionem elevari, se-
 „cretiones uno verbo redintegrari, & (quod
 „faustum magis; nec satis prædicandum) hæc
 „omnia symptomata non ad menses (ut olim
 „cum balneis, Væ Sbus, temperantibusque
 „medicamentis) sed ad annum, & amplius fo-
 „lis admotis hirudinibus, solo fluxus hæmo-
 „rrhoidalis promoti beneficio conticuere, &
 „quæ per plures annos in sella brachiata,
 „noctes infelix erecta perdidera, lecto nunc
 „sana decumbit. Adeo verum non quantitate
 „evacuati sanguinis; sed qualitate; sed ele-
 „ctione loci, per quem extrahitur sanguis,
 „natu-

„naturam ægrotantem juvari, atque sublevari.
 „Curavimus virginem annos 25 natam, qui-
 „busdam abhinc annis ob menstruæ purgati-
 „onis tardantem fluxum colicis doloribus ne-
 „phriticam, uterinamque colicam sæpe refe-
 „rentibus ita vexatam, ut pluries noctu e-
 „lecto pulsus auxilium, & opem latus cur-
 „rarem. Lacerabant miseram distenti ventris
 „tormina, torquebant fæcum in modum semi-
 „animem vomitus horrendi. Væ Ses innume-
 „ras, fomenta, olea, viatum tenuissimum,
 „ceteraque hujus generis medicamina vix fa-
 „rente succelusu prescripsoram. Balnea aquæ
 „dulcis ad menses quavis die per 4 horas
 „usurpanda censueram, ut tumens, & acriter
 „renitens uniuersum abdominis spatium mol-
 „lirem, & redigerem. Vix ægra tepidæ bal-
 „neum aquæ subierat, cum aquam proprio
 „calore ita recalefaceret, ut plures aquæ si-
 „tuli alternatim in balneo projecti illud vix
 „temperarent (quem visceribus æstum!). Emul-
 „siones, serum lactis, & id medicaminum
 „genus incassum abhibebantur. Incendebant
 „narcotica; non sedabant, adstringebant; non
 „aperiebant aquæ flues: humores rarefaciebant;
 „non pellebant sulphureæ, & thermæ. Væ
 „Sem non semper admittebat debilior pulsus.
 „A spizzo, & visceribus abdominalibus hæ-
 „rente sanguine universa symptomatum cohors
 „ut plurimum ducebat originem; at massam
 „hanc penetrare, vasorum mæandros perme-
 „are hoc opus, hic erat labor. Cœca in do-

viii.

„interius ; exterius modo tumebat hæmo-
 „rrhoidum congeries, strictamque pertinaciter
 „alvum reddebat strictiorem. Hirudines igi-
 „tur pluries admovendas eo confidentius præ-
 „scripseram, quod ab ipsismet abdominalibus
 „vasis sanguinem eliciendum esse fortiter persua-
 „sum haberem. At nescio quo suffusa pudore pu-
 „ella renuebat acriter, per annumque fere
 „integrum pugnaverat; sed atroci, multoties-
 „que recidivo vieta tandem, & fere confecta
 „malo, nullamque aliam a nobis sententiam,
 „quam enixe postulabat, accipiens, hirudi-
 „nes admovevi permisit; quæ quidem ita pro-
 „spere successit operatio, ut deinde quavis
 „die quavis hora hirudines invocaret, has
 „amicas appellaret, precibusque admoven-
 „das efflagitaret, donec perfecte sanata fue-
 „rit, hirudinum plus quam 50 ad motione,
 „3 mensium intervallo.“ Dicatum superius (a)
 fuit, veteri ab nonnullis hirudinum ano ad-
 motionem tumentibus hæmorrhoidibus inter-
 nis ut inutilem, & noxiā, simul autem fuit
 monitum, contrarium sæpe nos experientia
 doceri, promissaque sunt hujus rei exempla.
 En unum! quod M. FALIX (b) præbet: mu-
 lier 23 annorum, sanguinea, at parce men-
 struans, viro vegeto, alacrique nupta, in
 quo-

(a) Vide §. 114. Nro. 3.

(b) L. c. Fasc. 1. Obs. 21.

quovis coitu quiritabat. Abhinc aliquot septimanis cum virum facile tulisset, rursus deinceps tam dolorifici fiebant coitus, ut clamores invitae exprimerent. Anno ita exacto virrei impatiens, malitiamque subesse ratus, uxorem obstetrici lustrandam tradit, istaque nullam dolorum causam detegente, magis sua in suspicione confirmatus uxorem male trahere coepit. Haec cum a medico clam consulto data nescio ad quem uteri morbum medicina uteretur, virque fortuna in eam incidisset, mitius coepit agere, atque ad morbum jam diutinum examinandum Auctorem accivit. Iste intellecto nunquam alias nisi in coitu sentiri dolores, menstrua parce procedere, mulierem vero cetera per omnia sanam esse, manu demum genitalia perquirit. Admonitus ab ægra imam vaginæ partem doloris esse sedem, in hac tactu explorata plura detexit tubercula. Rogata num & alvum egerens doleret, vel sanguinem excerneret? annuit, additque, largius ex ano profluente sanguine nullos in coitu se pati dolores. Indito proinde in anum quoque digito, & ceteris quoque præsentibus signis haud ægre patebat omnem dolorum causam esse hæmorrhoides. Facta Væ So, imperatum idoneum regimen cum semicupiis tepidis, jussaque est internam intestini recti tunicam unguento populeo inungere, atque cum nihil inde minuerentur tumores, hirudines etiam sunt admotæ. Hac demum methodo in 14 dies observata coeperunt & hæmorrhoides, & catamenia überius fluere

fluere, tumoresque sensim evanescere. Inde mulier virum sine dolore admittens paulo post concepit, legitimoque tempore filium feliciter partu edidit. Ex omnibus itaque his casibus abunde elucescit, quanta cum utilitate hirudines hæmorrhoidalibus varicibus applicari soleant, & quam parum, raroque metuenda illa ani ulcera, ac fistulæ inde consequantur. Non tamen ita ubique hirudines esse necessarias contendimus, ut non persæpe earum in locum culter suffici posset eodem successu; imo plures sunt, qui promptius cultro ægrum; modo is illum non reformidet, levari afferant, nec nisi paucis in casibus culetro hirudines præferendas esse velint, cuiusmodi est, quod solcrite discernit LUDWIG (a), quodque non exigua dignum est lectoris attentione: persistunt enim (inquit ille), „sæpius in iis, qui hæmorrhoidalibus insultibus affecti sunt, tubercula callosa, quæ sine dolore sunt, nec excretionem alvinam adeo turbant, interdum tamen cum aliqua sanguinis abundantia, vel dyscrasia has partes urget, & irritat, dolorosa sunt. Venæ, quæ tum temporis a latere callosi tuberculi surgunt, sponte non rumpuntur, quod ipsæ callosæ sunt, et si vel maxime rumpuntur, parum sanguinis reddunt, ex qua re levamen exiguum, vel etiam nullum experiuntur.

„Sæ-

(a) L. c. p. 400, lgg.

„Sæpius in his nulla universalis indicatio ad
 „sanguinis missionem est, & ea, quæ solum
 „ob stases ad anum factas instituitur, effectu
 „sperato caret. Cum igitur præcipue de san-
 „guine in loco ipso affecto subducendo co-
 „gitandum sit, quo vasa turgentia deplean-
 „tur, et se contrahant; disquirendum omnino
 „est, num in doloribus obortis hirudines
 „applicandæ, aut incisio debeat institui?
 „Medicotum consilia hac in re discrepare in-
 „telligo; alii enim hirudines præferunt; alii
 „incisionem suadent; alii utrumque auxilium
 „promiscue admittunt. In hac re itaque quan-
 „tum fieri potest, definienda ad constitutio-
 „nem venarum semper attendendum esse ar-
 „bitror. Si nimirum callositas in cute non
 „solum; sed in venis ipsis animadvertisit;
 „hirudines apto loco applicatæ, & aliquo-
 „ties reiteratae sensim evacuant; quamvis in
 „callosis partibus verum robur institui ne-
 „queat, nec applicatis externis remediis emol-
 „litio solidarum, & discussio fluidarum par-
 „tium attingatur: ægri tamen exinde aliquod
 „solatum capiunt, & nonnunquam applica-
 „tio hirudinum iterum necessaria redditur.
 „Quodsi vero venæ turgidæ molliores sunt,
 „altiusque in intestinum surgentes, & aptus
 „intumente quadam vena locus deprehenditur,
 „incisio majori cum emolumento instituitur,
 „quod venæ promptius evacuantur & nonni-
 „hil contrahuntur. Etsi enim perspexi foti-
 „bus calidis post hirudinum applicationem
 „ad anum admissis magnam subinde sanguinis

„vim elici, & hunc interdum ita fluere, ut vix
 „cohiberi possit: tamen ea, quæ incisionem
 „venæ sequitur, evacuatio promptior mihi visa
 „est, in primis si vulnus satis amplum venæ
 „turgenti infligi potuerit.“ Verum hæc ex ad-
 junctis semper juste sunt æstimanda.

3. *Suppressæ* denique cum functionum
 læsione. Admotæ enim hirudines vel nisum
 illum sanguinis ad sedis vasa, qui perperam
 quacunque de causa sufflaminatus fuit, resti-
 tuendo fluxum hæmorrhoidum revocant; vel
 saltem fluxum non amplius revocandum com-
 pensant, & quemvis alium anomalam san-
 guinis nisum versus alia vasa enervant, sym-
 ptomata inde enata profligant. Sic Ill. A.
 STÖRCK (*a*) de sua illa epidemica febre hæ-
 morrhoidalí agens „sanguisugæ (inquit) circa
 „anum iis in casibus necessario debebant po-
 „ni, in quibus ab hæmorrhoidé regurgitante
 „fiebant caligines, vertigines, sopores. Et
 „A. HAENIO (*b*) narravit . . . vir omni fide
 „dignus, solere se instantे fluxus tempore
 „caligas sibi suas mappis densis complere, ne
 „per eas perflueret sanguis. Semel autem
 „contigisse, ut sui temporis immemor, atque
 „itinere defatigatus amici, qui cum hospitio

„exce-

(*a*) L. c. p. 153.

(*b*) Prælect. in H. BOERHAAVII instit. pathol.
 ad §. 708. Tom. I. p. 103.

„excepisset, lectum pretiosissimum profluente
 „per somnum sanguine ita feedasset, & con-
 „spurcasset, ut nulla ratione deinceps refici
 „potuerit. Se quondam in Gallia degentem
 „illo fluxu caruisse, incidisseque in quemdam
 „morbum fere apoplecticum; quam causam
 „cum ignorarent medici, frustra quæque ad-
 „hibuisse: donec amicus quondam ejus for-
 „tuito accedens hanc anamnesin medicis daret;
 „mox medicos tunc applicuisse hirudines, ar-
 „tisque cetera applicuisse auxilia, seque hac
 „ratione mortis exemptum periculo fuisse.“
 Similem etiam casum I. M. **LANCISIUS** (*a*)
 commemorat; nempe matronæ subpingui 60
 annorum, cum diu spasmodicis circa collum,
 pectusque doloribus, ac levi vertigine vexari
 solitæ hæmorrhois interdum flueret cum le-
 vamine, hac subsistente post alvi tormenta,
 & fluxum, ac dein contractiones artuum si-
 nistrorum, 30ma Novembris repente ingrauit
 apoplexia. Admotis autem illico cucurbitu-
 lis, ustione, balneis, dextrosque ad artus,
 & cervicem vesicantibus, ac ~~an~~. **Ammon.** ad
 nares, resipuit balbutiens, posteroque mane a
 syrupo persico belle purgata est. Gravi autem
 adhuc superstite sopore cum hemiplegia læ-
 vi lateris accitus Auctor, cum a restitante hæ-
 morrhoidum fluxu morbum judicasset enatum,
 jussit

(*a*) De subitan. mortib., L. 2. Obs. 2. p. 11:
192. sqq.

jussit maricas aperiri eo cum successu, ut superveniente febri ægra, prius fere muta cum hebetudine sensuum, evaserit loquacissima. Cumque facile in soporem recideret, paralyticis etiam artibus admota vesicantia, relictis octo dies in fluxu plagis, intereaque cathartica, & crebra enemata data, & ob sitim urgentem largi potus concessi ex jure C. C., & aquis cephalicis. Transacta zoma die post novam catharsim in solo infusi eboris, ac falsæ usu relicta ægra appetente demum vere, recuperato pedum usu ad pristina munia rediit. Perinde ZACUTI (a) „femina gravida, „novimestris, carnosa, & juvenis ex con- „sueta hæmorrhoidal vacuatione diu suppres- „sa in gravisimam incidit epilepsiam, qua „cessante melancholicum patiebatur delirium. „Hæc præter acria enemata, & partium in- „feriorum diversiones, & seetas in utroque „talo venas nonnisi hirudinibus sedi ter ap- „plicitis convaluit, & felicissime peperit.“ Eodem quoque præsidio virum a melancholia liberavit (b). Neque segnius ab hirudinibus auxilium obtinetur in pectoris morbis ex ea- dem causa enatis I. D. GOHLII (c) vir consi- stentis

(a) Medic. Princip. histor. L. 1. Obs. 27. p. m. 249.

(b) Vide seq. §. 116. Nro. 1. d).

(c) Act. med. Berolin. dec. 2: Vol. 1. Sect. 2. p. 62:

stentis ætatis, tenerioris tamen habitus, a
 9 annis, ex anomalis hæmorrhoidum moli-
 minibus, saepius obnoxius erat humorum
 ad pectus congestioni coryzam, tussimque,
 & asthmaticam oppressionem causanti; quæ
 symptomata provocatis per pediluvia hæmo-
 rrhoidibus cœcis dolentibus semper iterum
 solvebantur. Donec continuatis pediluviosis,
 institutisque æquinoctialibus phlebotomiis in
 pede ad fluxum hæmorrhoides perduxisset, pe-
 riodicum quidem, rarum, at non statum, quippe
 qui semel per trimestre, dein per semestrum,
 tandem toto triennio semel perinde apparue-
 rit, pótiori semper manente cœcarum appa-
 ratione. Cum A. 1721. nec unus, nec alter
 hæmorrhoidum status toto semestri accidisset,
 mense septembri homo natus est ischiadem,
 cuius in summa ferocia phlebotomia æquino-
 ctialis in pede facta malum exasperavit; &
 versus hibernum solstitium totum jam in pe-
 dem sœviebat dolor ardens, ac lancinans,
 cum stupore, & per intervalla ingravescens
 cum celeri pulsu, æstu interno, nocturnis
 que favoribus, ac vigiliis. Consultus me-
 dicus cum præter venæ sectionem pedis, ene-
 mata, fotus calidos, demumque affecto in
 pede fonticulum, interne simul justo calidio-
 ra remedia ordinasset; ab horum usu nihil le-
 vaminis accessit; imo insuper vetus illa humo-
 rum ad pectus congestio magno cum ardore,
 & angustia rediit; sed sepositis his remediosis
 iterum remisit. Sic eam usque septimanam
 TRNKA Hist. Hæm. Vol. II. N dira

dira ischiade vexante rogatus Auctor consili-
um, intellexit ischiadicos dolores interdiu
esse leniores, stuporem pedis abiisse, cœcas-
que hæmorrhoides a triduo protuberare. Cum
hirudines istis mox admovendæ nuspiam ob-
tineri possent, data pro re nata alia, inter
quæ externe emplastrum saponatum BARB. do-
lores pulchre lenivit, & Æde Epsomensi mota
alvus perinde cum levamine. Atque ab his
æger pede fine dolore uti coepit, superflite
solummodo aliqua post sessionem surgendi
difficultate, & post stationem oborto rigore
pedis cum sensu fervoris. Verum prout hæ-
morrhoides cœcæ, ac spasmi pedis cum do-
lore abibant, ita solennis illa humorum sur-
sum congestio renascebatur cum cephalalgia,
sternutatione, coryza, & Nucha spasmis;
præterea tremula quædam motitatio toto in
pede haetenus affecto, nucha, maxilla infe-
riore, ac temporibus sese exseruit. Nihilo
tamen fecius dolor in os sacrum contractus,
& ani post alvi egestionem fervor ægrum fa-
tigantes cum non inventis hirudinibus abigi
non possent, sibi erant relinquendi, quoad
æger ipse sibi hirudines applicare potis fa-
ctus. Interea tamen haetenus bene valuit
observato exacto regime, & æquinoctia-
les celebrando prophylætice Væ Ses. Clari-
riorem isto casum suppeditat 1. PLENICIZ (a):

195

(a) Act. & Obs. med. Cap. 4. p. 99.

„45 annorum sedentarius a $\frac{1}{2}$ anno multo
 „micerore affectus, quique ante annos plu-
 „res continuo hæmorrhoides fluentes ha-
 „buit, ad ultimum quadriennium usque. Ab
 „anno jam dyspnœa afficitur, ac tussi vio-
 „lenta, sicca cum deleto appetitu, & dolore
 „hypochondrii, præfertim dextri, laborat.
 „Consuluit præticorum nostrorum unum ex
 „famosissimis, ab eoque recipit remedia pepto-
 „ralia, decocta, dein demulcentia, pilulas
 „dein balsamicas, ultimo ∇ as Selteranas
 „cum lacte potandas, sed meliorationis loco
 „pejorantur omnia eousque, ut no&tu a tussi
 „impetuosisima omnis excuteretur somnus,
 „de die sub motu minimo anhelosissimus gref-
 „sum sistere cogeretur, emaciaretur summo-
 „pere, febricitaret intense, hocque in statu
 „apud me auxilium quæreret. Omnia præ-
 „dicta audiens inquiero in hypochondria, he-
 „parisque regionem, & duram, & dolentem
 „invenio, pulsum præcelerem, contractum,
 „ac durum, oculos flaventes, linguam albam,
 „ac appetitum deletum. His inventis sanguini-
 „sugas hæmorrhoidibus applicari jubeo, ac
 „decoctum ex rad. graminis, & taraxaci, &
 „ex tamarindis cum leni stimulo salino præ-
 „scribo. Cum vero post primas 6 hirudines
 „levamen perfenserit, 4ta die denuo eas re-
 „peti curavi, sique hominem post octidnum
 „per scalas meas libere ac vegete ascenden-
 „tem, adventumque suum ritu profuso de-
 „nunciantem vidi, & audivi, indeque spes
 „affulget maxima miserrimum hunc, & pro-

N 2 phiti-

„phtisico habitum hominem brevi perfecte
restituendum fore.“ Pari quoque felicitate
in morbis imi ventris dicta ex causa obortis
hirudines usurpantur. c. o. MOLLERI (a)
Centurio 45 annorum melancholico - cholericus
a 4 annis assiduam pene patiebatur cardialgiam cum vehementi pectoris tensione &
anxietate. Nihil per id tempus opitulantibus
multis emeticis, catharticis, & carminanti-
bus morbus crevit potius, noctu praesertim
affligens & somnum ne unius quidem horæ
concedens. Bene appetebat æger, diætam
exactam tenebat, nisi quod semel, aut bis
opem a liberalius hausto vino Tokayno spe-
rans dolorem pectoris fecerit aliquamdiu
multo graviorem. Corpus etiam quotidiana
fere venatione exercebat. Alvis tertio quo-
que tantum die solvebatur, & ructus inter-
dum erumpiebant non levantes. Vi hujus
mali homo ad osteam usque maciem jam ex-
tenuatus fuit. Multo ante saepius Væ Sem
instituens, eam ab aliquot jam neglexit an-
nis. Ante biennium multum a cœcis hæmo-
rrhoidibus perpeccus ex illo tempore nil am-
plius earum sensit. Hæc anamnesis, totus-
que ægri aspectus arguebant cardialgæ cau-
sam

(a) Annal. Vratisl. Tent. 18. Octobr. d. 4.
art. II. §. 2. p. 418. sq.

sam esse retentas hæmorrhoides. Consultus
 Auctor, cum æquinoctium autumni procul
 adhuc abesset, dilata sanguinis missione præ-
 buit infusum leniter resolvens, & eccoproti-
 cum cum ḥbus digestivo nitrosis: externe
 vero Vitri camphoratum. Usus his æger usque
 ad æquinoctium sine ullo levamine. Præmisso
 ergo Θecathartico, 4a Octobr. Va Sole
 in pede facta cum levamine, & noctu bihorii
 somno, quo jam æger diu caruit. Inde per
 5. insequentes dies datum quovis mane vi-
 num ex infusis herbis resolventibus, inciden-
 tibus, ac laxantibus, vesperi autem ḥ tem-
 perans, & vini ac cerevisiæ loco decoctum
 ex hordeo, polypod., liquirit., ac cinamo-
 mo potui concessum, externe ad præcordia
 admotum emplastrum saponatum, & subinde
 facculi discutientes. Ab horum remediorum
 usu sic satis levaminis obtentum, cum somno
 etiam trihorii. Verum ubi 7 die a Va Se
 admotæ ano hirudines satis eliciissent sanguis-
 nis, manifesta apparuit emendatio sequente
 nocturno 5 horarum somno. Nec postridie
 æger de ulla singulari pressione, aut dolore
 amplius questus est. In 8 tamen adhuc dies
 datae pilulæ correctæ BRECHERI. Abhinc in-
 signiter homo carnes, viresque recepit, &
 hucusque ab inveterata illa cardialgia pro-
 fus immunis mansit. Quid porro ad crucia-
 tus arthriticos, rheumaticosque ab suppressa
 hæmorrhoidie obortos profligandos valeant
 hirudines, documento est casus apud M. AL-

BERTI

BERTI (a): juvenis 24 annorum: temperamenti sanguineo-melancholici, antea labioso vitæ generi deditus, patre hæmorrhoidario natus, cum 3. „jam annis hæmorrhoides internas menstruas subiisset, præter has, æquinoctio autumnali dorsi, & cruris vexatur doloribus, qui in malum ischiadicum desiere; hoc sequebantur pustulæ prurientes, circa limbum ani, quæ adhibito unguento, saturnino camphorato disparuere, redeunte tamen priore malo, cum dorsi, & spasticis vagis arthriticis doloribus scapularum, colli, & artuum; hi accendentibus largis, spontaneis, matutinis sudoribus arte promotis sensim evanuere. Adventante æquinoctio verinali adhibet Væ Sem præservativam in pede; nihilominus sequuntur hæmorrhoides cœcæ, timentes, quæ suffumigii cedunt, secutis in harum locum multo gravioribus arthriticis, vagis doloribus; a quibus nonnisi provocatis per hirudinum usum hæmorrhoidibus liberabatur, & continuata sic versus æquinoctia Væ Se, & hirudinibus ab incommodis illis liber vixit.“ Quantum denique ad varias periculosas hæmorrhagias (ut est hæmoptoe, vomitus, miætusve cruentus, &c.) a suppressis hæmorrhoidibus induetas cohibendas, & deinceps avertendas hirudines valent,

(a) Diff. de fluxus hæmorrhoid. provocatione,
thesi 15. p. 9.

ant, complurimum perinde Practicorum edo-
 cemur experientia. Sic AMATUS (a): „per
 „hæmorrhoides . . . vir . . . sanguinem co-
 „piosum emittere solebat; cui cum multa
 „peracta essent remedia, & sanguis ex toto
 „cohibitus, consequens fuit, ut sanguinis
 „rejectatio veris statuto die illi superveniret.
 „Qui cum graviter morbum ferret, & phthi-
 „sis adventum timeret, nos ad se accersiri
 „fecit . . . cui nos . . . sanguinem extra-
 „here ex interna brachii vena fecimus, &
 „bene habuit. Ceterum singulis sequentibus
 „annis antequam morbus ipsum invaderet,
 „venis ani hæmorrhoidalibus dictis hirudines
 „nostro consilio admovere faciebat, ac san-
 „guinem per eas, quoad hirudines deciderent,
 „& sanguis ex se cohiberetur fluere . . . per-
 „mittebat. Qua . . . evacuatione homo abs-
 „que sanguinis ex pectore rejectione sanus &
 „incolumis perseverabat.“ Ejusdem (b) pro-
 pola 45 annorum, olim syphiliticus, nunc
 diu jam menstruum hæmorrhoidum fluxum
 pausus copiosum, cum iste ab aliquot diebus
 restrictus non fluueret, coepit sputare sanguinem
 copiosum subflavum, ac rubrum, at sine
 tussi, & febre. Admotis autem ano 4 hiru-
 dinibus, eductisque 3vj. sanguinis, & præ-
 scripto cum diæta in aliquot dies decocto en-
 diviae,

(a) Curat. med. Cent. 2. cur. 13.

(b) Ibidem Cent. 5. cur. 3.

diviæ, fumariæ, ac lupulorum cum homonymis syrups, & subjuncto cathartico, atque usurpato per plures abhinc dies condito ex flor. fumariæ, Saccharo, veluti fl. cichorii concinnato, stomacho jejuno, haustaque semper desuper pauxilla ∇ a cichoreæ, convaluit, reversio nempe fluxu hæmorrhoidum cum euphoria. Confirmavit hæc propria sua experientia, haud ita multo abhinc tempore I. L. SCHMUCKER (a): „sæpe (ait ille) ex suppressis vel hæmorrhoidibus, vel catameniis periodica nascitur hæmoptoë, in qua hirudines reperi perquam efficaces. Ut primum „vel minima pectoris oppressio sese excerebat, „extemplo 8 vel 12 hirudinibus ano admotis „prævertebatur hæmoptoë, reversoque alterutro illo fluxu, ægri ab hæmoptoë prorsus liberabantur . . . In tota mea praxi tres tantum viros novi, quos post diu ante suppressas hæmorrhoides periodica id genus hæmoptoë, ut in feminis, invasit, fere 4a quoque hebdomade revertens, rejecto semper ad aliquot vascula theata sanguine. Unus eorum hypochondriacus vitæ semper jacturam sub hæmoptoë reversa metuens, 4a quavis hebdomade sanguinis 3vj e brachio demebat; sed sæpe admodum eo ipso die sanguinem sputabat. Diætam tenebat exactam, & aliquanto ante, quam me consuluissest,

„coeca-

(a) L. c. p. 405. sq.

„cœcarum hæmorrhoidum nisus, at citra flu-
 „xum, experiebatur. Exserentibus ergo sese
 „per pectoris oppressionem imminentis hæ-
 „moptoes indiciis admovi ano 12 hirudines:
 „hæmorrhagia 5 horas duravit, sanguine ad
 „3xij elapso. Id ipsum per 3 menses est ite-
 „ratum, atque ita a morbo penitus liber eva-
 „sit. Verumtamen quotannis deinceps suo
 „consilio omni vere, & autumno sibi 10 ad
 „12 hirudines admoveri sivit neglecta plane
 „Væ Se, & hucusque recte valet. Eadem
 „quoque ratione duos alios ab hæmoptoe
 „vindicavi.“ Similia etiam de mihi cruento
 memorat (a): „haud raro in hæmorrhoidibus
 „a distentis vesicæ vasis oritur hæmaturia mo-
 „lestissimis cum symptomatibus. Nonnullos
 „Væ So in brachio cum temperantibus illico
 „levavit; aliis vero morbus plures in dies
 „perstabant summis cum doloribus, nil opitu-
 „lante Væ Snc quater, & sæpius facta, datis
 „una temperantibus, & exactissima servata
 „diæta, imo quibusdam hæmorrhoides omni-
 „no ex vesica (satis jam ejus vasis p. n. dilata-
 „tis) fluxere, id quod in 3 ægris multis
 „cum doloribus, molestiisque vidi accidisse.
 „Omnes prius hæmorrhoidum fluxum habue-
 „runt; sed hocce ad vesicam converso, nil
 „nisi levis ad cœcas hæmorrhoides nisus pri-
 „stino in loco superfuit. Primo illorum 42

„qua-

(a) Ibidem p. 112. sqq.

„quaque septimana , alteri quavis ga vel ioma
 „tertio vero quolibet vere , & autumno ex-
 „acte hæmaturia redibat. Post incassum ten-
 „tatas Væ Snæ , remediaque temperantia ,
 „& alia tandem cuivis illorum instantे fluxus
 „periodo hirudines ano apponi jussi , quo ter-
 „quater factø , hæmorrhoides rursus ex ano
 „fluxere , & hæmaturia desit. Omnes tres cum
 „militarent , atque ob id ipsum non semper
 „justam possent diætam observare , nulli tamen
 „amplius revertit hæmaturia. Ante aliquot
 „annos minister statuum maximos ab aliquot
 „diebus cruciatus ex hæmorrhoidibus vesicæ
 „perpeſſus me accivit. Erat 50 annis major ,
 „macer , atque intolerabiles perpetiebatur ante
 „dolores ; quam guttas aliquot cruenti lotii
 „emitteret. Jam Væ So & omnia in & ex-
 „terna idonea frustra administrata fuere. Vix
 „ $\frac{1}{4}$ horæ consilio interfui , cum ægrum serofa
 „prosterneret apoplexia. Datis emeticis post
 „aliquot horas ad se rediit ; sed mihi dolo-
 „rificus mansit , ut ante. Admotæ autem qua
 „perinæo , qua ano actutum 20 hirudines vix
 „fluxere , & jam siebat æger tranquillior , lo-
 „tiique fluxus evanuit. Post $\frac{3}{4}$ horæ arcte
 „adhuc inhærentibus sanguisugis magnum
 „reddit vitrum lotii cruenti cum grandibus
 „frustris coacti sanguinis non sine facilitate ,
 „ac levamine , ac paulo post tantumdem cum
 „grumis , atque abhinc urina denuo rite , &
 „sine dolore procedebat. Die 4ta rediit
 „morbus ; verum admotis iterum sanguisu-
 „gis abiit sine ulteriori recidiva. Trimestri
 „aurem

„autem post obiit ex hydrope cerebri, namque insignis aquæ vis inter meninges, atque in ventriculis est reperta.“

§. CXVI.

y. Cautelæ tamen aliquæ in sanguisugorum applicatione hand sunt prætervidendæ, ne illæ sine his administratæ ægro aut molestiæ plus; quam utilitatis, aut noxam etiam afferrant. Observanda autem hæc fere occurunt.

I. Præparatio ægri exigit, ut vasa hæmorrhoidalia, queis hirudines admovendæ sunt, reddantur conspicua; quod præsertim de vasis hæmorrhoidum internarum valet: eapropter illa die ægro intemperate calido loco degenti, ac mollibus cibis pasto (*a*)

a. Enema emolliens bihorio ante applicationem injicitur; postmodò vero.

b. Semicupium vel infessus vaporí hydrogalæ æqualiter semper calidæ per $\frac{1}{2}$ horam imperatur. Si autem ne sic quidem vasa dicta satis evadant conspicua.

c. Nixus inspirationis cohibita exspiratione qualis præsertim ad alvi egestionem fit, facien-

(*a*) *C. F. SCHULZ* l. c. §. 28. sqq.

faciendus jubetur. Quodsi neque ita inflentur & in conspectum se dent vasa aperienda, tunc

d. *Cucurbitula* totum anum comprehensens est apponenda, quod ZACUTUS (a) eximio cum successu fecit sequenti in casu: viro immanes ex intervallis hæmorrhoidum dolores oborti cum semper cessarent excreto humore nigro, aliquando restitante hac evacuatione incidit in melancholiam. Tentata varia quæque ad vacuationem illam vel revocandam vel supplendam sine fructu, atque ter etiam incassum admotæ ano sanguisugæ, propterea quod externas tantum sedis vènas referarint. Superveniens ZACUTUS comperto errore cucurbitulam totum anum comprehendentem apponi jubet, forasque sic prolectis vasis hæmorrhoidalibus, quæ intra anum ante latebant, hirudines quartum admoveat, copiosumque ex iis sanguinem elicit; quo facto æger sanatus pancratice dein vixit.

e. *Situs* denique ægri aptissimus est, decubitus quietus alterutrum in latus.

2) *Hi-*

(a) Medicor. Princip. histor. L. 1. Obs. 6.
p. m. 22. & Prax. med. admir. L. 2.
Obs. 74.

2) Hirudines potro ipse exigunt, ut observetur illarum delectus, numerus, modusque, cum applicandi, tum amovendi.

a. *Delectus* illarum censetur optimus, si illa sumatur hirudinum species, quam I. L. SCHMUCKER (a) ex MÜLLERO depictam sicut, vel etiam SCHULZIUS (b) ex GESNERO commendat, jubens eas e stagno captas, optimoque abstersas per 7 vel 8 dies in aqua fluviatili servari, quod ita & puriores fiant, & morsus avidiores.

b. *Numerus* vero applicandarum pro loco & morbi magnitudine est varius. Ano adulorum 4. 6. 8. 10. 12. apponi possunt; sin pluribus opus fuerit, perinæo ceteræ admoveveri vel primis delaphis aliæ atque aliæ suffici possunt. Vicenas SCHMUCKER (c) Ministro statuum applicavit. AMATUS (d) quidem consilium præbet, qua ratione paucarum hirudinum ope multum sanguinis elici queat: „postquam „(ait) affixaæ . . . hirudines . . . tumefieri „incipiunt, per medium eas forficibus præ-„scindi mandamus; nam tunc melius fugunt, „& ex ægroto super perforata sede sedente „sup.

(a) L. c. p. 116.

(b) L. c. §. 27.

(c) Vide §. præced. Nro. 3).

(d) L. c. Schol.

„supposita aqua calida sanguis in vasculum
 „aut scutelam cadens ea a nobis præscripta
 „quantitate servatur, ut postea de ejus co-
 „lore, & substantia judicium feramus.“ Sed
 rejicit id SCHULZIUS (*a*), quod experimen-
 tis captis constet, multas hirudinum vulne-
 ratarum decidere; ceteras autem factas debi-
 liores lentius fugere cum æ gri impatientia,
 nihilque ita plus sanguinis elici.

c. Applicatio. porro ita peragitur: hi-
 rudines cum aqua in pelvem effusæ, indeque
 exemptæ intra linteum ita conduntur, ut ca-
 pite tantum eminentes destinato loco, probe
 ante spongia aqua, lacteve tepidis imbuta
 mundato, applicentur, et si mordere nolint,
 vel aceti guttula capiti aspersa excitentur.
 vel illito parti ipsi mordendæ sanguine allici-
 antur (*b*).

d. Amotio denique triplici ratione pro-
 curatur, nempe vel relinquendo sanguisugam,
 donec sponte sua delabatur, vel si id ob moram
 aut minorem sanguinis educendi copiam ne-
 cessariam haud expedit, momentum salis illi-
 us ori applicando, vel vi avellendo: postre-
 num tamen; cum subinde periculo non va-
 cet, vitandum est.

3. Hæ-

(*a*) L. c. §. 29.

(*b*) FROMMANN. I. c. P. 2. probl. 27. p. 375.

3. *Hæmorrhagia superfites cohibendane
an promovenda sit, e copia sanguinis ab hi-
rudinibus exsucti est extimandum.*

a. *Cohibetur vel sponte sua sibi relicta,
vel decubitu in lecto, ubi compressis venis
vulneratis definit, vel stipticis levibus admo-
tis v. g. linteo combusto cum splenio appo-
fito, &c.*

b. *Promovetur autem dupli ratione,
videlicet vel cucurbitula secca toti ano im-
posita, si æger lectum relinquere nequit,
vel si id potest, insidendo sellæ perforatæ
(ne alio corporis situ venæ apertæ compri-
mantur) super vase excipulo stillarum san-
guinis, ita ut vapore ∇ æ calidæ subtus lo-
cate & sanguis a grumescentia circa vulnera
prohibeatur, & vasa relaxata conserventur,
ne fese contrahant. Quodsi tamen sanguis
circa vulnera grumescens fluxum interrum-
pat, spongia calida & humida sepius est ab-
luendus. Cavendum tamen est, ne ubi hi-
rudines varicibus hæmorrhoidalibus præser-
tim majusculis, fuerunt adhibitæ, hæmo-
rragia alterutra hac methodo promoveatur,
monente id f. ab AQUAPENDENTE (a): pe-
riculum enim est, ne nimium inde proflu-
vium sanguinis consequatur, cuiusmodi exem-
plum*

(z) De chirurg. operat. p. xii9.

plum GESNERUS (*a*) excitat de juvene, quem post delapsas ab hæmorrhoidibus hirudines ministri inconsulto medico in folium vaporis imposuerant: quo factum ut contumaci hæmorrhagia pene fuerit exanimatus. Sic & DURETI (*b*) mulieri, quæ prætumidas venas 5 ani habebat, admotæ sunt cucurbitulæ, quarum vi 3 pintas profudit sanguinis: fere incidit in hydropem.

4. *Locus* denique, cui apponere hirudines oportet, rite est determinandus, pro ut nempe intentio est, sanguinem aut ex internis aut externis hæmorrhoidalibus vasis eliciendi. Ubi varix protuberat, huic ipli hirudo admovetur; at ubi nullo, conspicuo venarum tumore præsente hirudo est adhibenda, RIOLANUS (*b*), præcipit, ut ad interna vasa hæmorrhoidalia referanda hirudo versus coccygem ac magis introrsum ad intestinum applicetur; ad latera vero podicis ac versus perinæum & superficietenus, ubi externa oportet vasa hæmorrhoidalia deplere. Cautum tamen decet esse chirurgum ac providum, ne hirudo intimo ani limbo admota ipsum in anum sese penetreret, velut ZACU-

TUS

(*a*) Ex 3. dialogor. medic. MUNDELII p. 509.

(*b*) Schol. in HOLLER. l. c. p. m. 579.

(*b*) Anthropogr. l. c. Cap. 17.

TUS (a) quartanario cuidam accidisse narrat, unde injecto cœparum succo semimortua est excreta. Enema ex aqua probe salia tunc etiam proficuum foret.

5. *Regimen post cohibitam hæmorrhiam* exigit, ut æger levi cibo & quiete aliquamdiu utatur; sic enim vasa vulnerata brevi sanantur; motu vero, acribusque assuntis & dura fece alvina facile iterum re-crudescunt.

§. CXVII.

b) *Acies ferri* demum hirudinibus præfertur, quotiescumque vel celerius deplere turgentia vasa ani oportet, vel hirudo ad vacuationem hujusmodi præstandam est impar. Quapropter incisionem vel scarificationem vel omnimodam etiam excisionem subinde exposcunt.

a. *Prolapsus ani* simul præsens atque ob tumorem hæmorrhoidalem partis elapla non reponendus, qui ut recte notat YOUNG (b), se se haud ante reponi finit; quam vasis elapsa in parte turgentibus vel hirudine

vel

(a) Medicor. Princip. histor. L. 1. Obs. 7. p. m. 24.

(b) L. c.

vel cultro depletis, & per admota dein styptica minus ad volumen facile redigendis. Verum cum ani prolapsi celeri sit opus repositione, lente vero hirudo depleat: liquet, cultro (si nil obstet) tunc uti chirurgum eportere.

β. Varix grandis, vetus crassa (a), præsertim hæmorrhois dicta saccata (b), grumoso jam sanguine referta, aut recens quidem adhuc, sed atona, & strangulata, nec Væ Sne, nec topicis ullis, nec internis perinde remediis dissipanda. Vasa enim ani tunc ad atoniam usque a sanguine distentæ se (utcunque vasis aliis per Væ Snem vacuatis, & utcunque topicis, ad suæ contractionem exstimulata) non amplius contrahere, sanguinemque mora & quiete grumosum factum nullatenus loco movere valenti idcirco necessaria est immediata horum vasorum non tam per hirudines hic inefficaces, quam ferri acie apertura, ut educto grumoso sanguine ipsa se denuo contrahere valeant. Atque tunc „incisio cauta, pro tuberculī „mole major vel minor, puncto livido ni- „gro (loco nempe ubi grimus latet,) facta „integrum, evidentem grumo præbet exi- „tum“

(a) Vide §. 114. Nro. 2.

(b) Vide §. 6. B. Nro 2. a). E.

„tum“ inquit I. N. HUMBOURG (a). De recentibus adhuc varicibus I. A. BRAMBILLA (b) agens „hæmorrhoides (inquit) sunt tubercula losa venarum intestini recti a sanguine spissata, lentoque dilatatio. Quando haec venæ a constrictione fibrarum circularium sphincteris ani permanente strangulantur, vicinis in partibus, quas continuo irritant, insignem causant inflammationem cum tumore ac dolore, quæ vero facile abeunt, si turgentia vasa incisione referentur, gru[m]osusque intus contentus crux educatur. Quodsi vero inflammatio sit vehemens, contumax, & ipsa etiam incisione facta non resolvenda, tunc præter Væ Snem emollientibus quoque & anodynis topicis opus est; rarius tamen accidit, ut non ocyus post incisionem, & exemptum sanguinem coactum dolor, ac tensio cessent.“ Et alibi (c) „sæpe numero (ait) ad ægros accersebar, qui a constrictione sphincteris ani & pressione ipsius sanguinis in vasa cutanea varices hæmorrhoidales ovum æquantes, lividas vel nigras, strangulatas habebant cum doloribus spasmodicis abdominis, dy.“

(a) Diff. Ergo hæmorrhodi recentes tumidae secessio, non hirudo §. 13. p. 17.

(b) Von der Phlegmone I. Th. 3. Cap. p. m. 29.

(c) Ibid. 2. Th. 6. Cap. 2. Beobacht. p. m. 154.
O 2

„dysuriaque, vel ischuria, febre, & in-
 „flammatione. Totum illico tuberculum
 „discidi, atque exento inde grumoso san-
 „guine dolores e vestigio; cetera vero sym-
 „ptomata pedetentim evanuere; incisura au-
 „tem mox, ad $\frac{2}{3}$ minuebatur, & intra pau-
 „cos dies persanabatur. Cavendum tamen,
 „ne vel minimum quid grumosi sanguinis
 „incila in varice relinquatur; moratur enim
 „sanationem“ Pulchre hæc aliorum obser-
 „vatis confirmantur. I. HOLLERUS (a) : „cui-
 „dam nobili . . . cum in gravissimo renuni-
 „dolore emingeret pus, sanguinem, & cras-
 „sam pituitam, natura remedium ostenden-
 „te, quia tumebat hæmorrhoides, & aliis re-
 „mediis non cedebat dolor, eo statim tem-
 „pore jussi aperiri hæmorrhoidem; unde in-
 „credibili celeritate dolor conqueivit.“
 Idem G. H. VELSCHIUS (b) „vidit in viro
 „nobili consistentis ætatis, cui tumebant in-
 „signiter, & dolorem intolerabilem excita-
 „bant. Huic exemplo scalpellō aperta sunt:
 „unde præsentaneum auxilium sensit multo
 „ichore cum paucō sanguine effuso. Chirur-
 „gus mundificans ex melle rosaceo appli-
 „cuit, deinde cerato diachalciteos cum oleo
 „hyperici liquato consolidavit.“ Perinde
 duo-

(a) De morbis intern. Schol. ad Cap. 55. p.
m. 573.

(b) Obs. med. hecatost. 2, Obs. 98.

duobus in cibis cœcas hæmorrhoides graviter passis post præmissam Væ Snem in cubito ad immodicum ex ano fluxum præcavendum, incisis FROMMANNI (α) jussu variébus ani, secutoque aliquo sanguinis effluxu dolores confestim remiserunt. Magis etiam alijs ejusdem casus necessitatem hujus incisionis monstrat: vir gravem hæmorrhoidum cœcarum dolorem pilulis aloeticis, specificis, narcoticisque sumtis, ac lītu adhībito ex ungu. populeo infrigidante, opio, &c. aliquatenus sopiens, cum abhīc varicum crepataram frictione linteī asperi succo cœparum cum oleo amygdalarum amar. sub cineribus assatarum imbuti procurare conaretur, dolores inde renati cum sat ample carnosa in parte rubore erysipelatode oborto. Accitus eapropter chirurgus varicum complurium tumidarum unam majorem, nuci moschatæ æqualem, mollem, ac tactu vix dolentem lanceola aperit. Sanguis inde crassus fibrosusque, & parum perolidus non nisi facta manu compressione poterat elici (manifesto indicio, hunc talem nullis internis, externisque remediis discuti, resolvique potuisse). Hoc educto & dolor tumorque ceterarum varicū inde remisit, & copiosus abhīc e vulnere sanguis sanus sponte erupit, ut cum fluxui illius plane co-
hi-

(α) L. c. P. 2. Prob'. 26. p. 364. sqq.

hibendo admota spóngia chelidoniæ aqua & aceto imbuta non fuerit par, apposito crepitu lupi fuerit fistendus. Erysipelatoso illi rubori impositum molle linteum in calidos succos chelidonii, fol. quercus, & semper-vivi minoris cum sebi hircini, ac ceræ i. q. ad ignem mixtos intinxetum cum levamine. Magis etiam istis momentosus est casus, quem F. L. BANG (a) & I. D. METZGERUS (b) referunt, nimirum plebejus adultus stricti habitus, hæmorrhoidum pathemata jam expertus, in Argentinensi nosocomio æger decubuit ex morbo peripneumonici quid præferente; aderat enim fixus dextri lateris dolor cum pulsu celeri, & aliquatenus duro, æstu, siti, tussi ac dyspnoea, a perfrigeratione, ut videbatur, obortus. Facta Væ Sne data in biduum antiphlogistica fine levamine. Morbus abhinc relicto pectore caput petens causavit delirium celeriter increscens, & efferatum, atque ad omnia quæque præfidia adeo rebelle, ut ne intermisserit quidem, sed multo potius sub ejus augmento excrementa sponte abirent, motusque convulsi in facie sese exsererent; clamata res iam omnibus visa, ægro podicis nomen assiduo in ore habente; quod cum
omnes

(a) Collect. med. Hafn. Vol. I. Obs. 6. p. 46.

(b) Adversar. med. Part. 2. Specim. 2. Cap. 4. §. 2. p. 207. nota (n).

omnes agrestibus hominis moribus tribuerent,
PEILL medici memoriam subiit, **LEIDEN-**
FROSTIUM præceptorem olim inculcasse:
 non aspernandas esse delirorum voces, ut
 eunque illæ viderentur incongruæ; quod
 ægri solerent iterato verbis eam corporis
 partem, quæ morbi est sedes, indicare. Et
 ecce! cum forte fortuna **PEILL** præsente tiro
 chirurgi enema injecturus ob insignem hæ-
 morrhoidalem nodum fistulam anno indere
 nequiret, suspicari cœpit **PEILL**, num non
 morbus ab hæmorrhoidibus esset? Et vero
 aperta varice enema mox prouite injectum
 & modico licet sanguine e vulnere elapsò
 æger post pauca minuta mentem; sensimque
 etiam sanitatem recepit. Satis itaque spe-
 cimum necessitatem, utilitatemque ferro
 incidendarum hæmorrhoidum cœcarum re-
 cens e strangulatione dolentium, & nec
 sponte crepantium, nec ulla alia arte dissipan-
 darum. Nihilo tamen secius sunt, qui cul-
 tro eas tangi prorsus vetant, quod lethales
 inde, aut certe vix cohibenda sepe hæmo-
 rrhagiæ & fistulæ ani non curabiles observatae
 sint. Quantum ad fistulas, jam superius (a)
 ex **LUDWIGIO** vidimus, quid reponendum
 sit; nunc hæmorrhagias expendamus. **DION.**
DACA (b) Hispanus chirurgus celeberrimus
 scri-

(a) Vide §. 115. Nro. 2.

(b) De Apostematib. L. 3. C. 43.

scribit JOANNES AUSTRIACUM CAROLI V. Imp.
 filium, Ducem strenuum hæmorrhoidibus
 laborantem admoto iis ex consilio plurium
 medicorum scalpello, largaque inde oborta
 hæmorrhagia, nullis cohibenda auxiliis, in-
 tra 4 horas e vita migrasse. Similem quo-
 que casum ZACUTO (*a*) debemus de robusto
 quodam juvene ex haemorrhoidibus suppres-
 sis in melancholiam lapsu ad omnia quaeque
 rebellem; inter quae cum hirudines etiam
 ter ano incassum fuissent admotae, chirur-
 gus crassum sanguinem promptius educturus
 lanceola venas ani aperit. At sectione vix
 facta oboritur haemorrhagia nullis remediis,
 nec ipso etiam cauterio fistenda, donec vi-
 ribus cum sanguine exhaustis miser juvenis
 extinctus est. Huc quoque referendus est
 L. A. HÜNNERWOLFFI (*b*) pellio biliosae tem-
 periei, cui cum ante statis temporibus haem-
 orrhoides procederet, & si quando ex er-
 rore in victu intumesceret, fluxum imposi-
 tis sicibus cum melle rosato contusis & sub-
 juncta pannis asperis frictione provocare fo-
 litus esset, accedens aliquando ita tumenti-
 bus venis absque fluxu chirurgus eas phlebo-
 tomo incidit. Verum immodicus inde fluxus
 ortus cum assiduo dolore, prostratione vi-
 rum,

(*a*) L. c. Obs. 40. p. m. 330. & Prax. med.
admir. L. 3. Obs. 59.

(*b*) Misce. nat. cur. dec. 3. ann. I. Obs. 119.

rium, ac vigiliis. Admotis vero stypticis
vulnus inhibita haemorrhagia in sordidam abi-
bat ani fistulam, cui tandem horrenda super-
venit epilepsia quotidiana vix 3 horarum in-
duicias concedens, hominemque tandem ex-
tenuatum necans. Nunquid ergo satis tuta
varicum cultro incisio? Imo maxime! nihil
enim haec insortunia probant aliud, quam
quod incisio facta sit, vel ubi fieri nou de-
buit, vel certe prava methodo. Nam in
DACAE casu vel non suere varices strangu-
latae, vel plures incisiones (dum una suffici-
set) factae exitio fuere (*a*). Idem etiam
de reliquis valet, praesertim de ultimo, ubi
phlebotomo vulnus justo altius fuisse debuit,
cum tantos post se dolores, & ulcus traxer-
it. Alioquin enim id genus insortunia nulla-
tenus consequi experti sunt medici Vratis-
lavenses (*b*) scribentes: „ubi . . . discussio
„obtineri non poterat, aliquoties tumores
„hi aperiendi fuerunt . . . Et sane ex ista
„apertione ope lanceolae perpetrata nec haem-
„orrhagias nimias, nec fistulas consecutas
„meminimus, ac sane . . . ferro magis,
„quam hirudinibus . . . negotium perpe-
„trandum esse opinamur.“ Haud tamen in-
ficiandum est, puncturam tantum varicis (ut
in

(*a*) Medicinische Anecdot. 2. Th. Nro. 14
p. 48.

(*b*) Hister, morbor. Vratisl. A. 1700. p. m. 172.

in crurum quoque varicibus dolentibus deplendis aliquando factitatur) praferendam interdum esse latiori ejusdem incisioni, praefertim ubi a majore vulnere metus imminet haemorrhagiae. Atque de hac fere M.
 A. SEVERINUS (a) sola loquitur „haemo-
 „rrhoides (inquiens) compungi multi sanguini-
 „nis affluxu distentas novum non est, sed
 „saepe tum a peritis medicis, tum a vulga-
 „ribus usitatum.“ Quid autem cum haemo-
 rrhoidibus illis internis grandioribus, quas
 THEDEN facatas (b) vocat, agendum? Istae
 nullam aliam requirunt sanationem, quam
 omnimodam excisionem, quae operatio
 THEDENIO (c) teste multo minoris est ne-
 gotii, quam incisio tuberculorum extero-
 rum. „Vidi, narrat idem (d), virum pro-
 puls cacheticum cum assiduis incommodis
 „febrilibus, anxietate pectoris, & anorexia.
 „Peritissimi medici causam nequibant assequi.
 „Dato cathartico antiphlogistico egressae haem-
 „orrhoides. Inspecto ano apparuit varix
 „juglandem magna, quae ex intestino recto
 „protrusa minus quam coecae, quarum ali-
 „quot majus pifum aequantes ad anum erant,
 „dalo-

(a) L. c. paracenth. Cap. 17. p. m. 74.

(b) Vide §. 6. B. Nro. 2. a) E.

(c) L. c. p. 62.

(d) Ibidem p. 60.

„dolorifica, sed rubra tantum ac velut in-
 „flammata. Decreta excisione saccus for-
 „cipe attractus forfice absconditur; quo vix
 „ablato similis alias erupit pugnum magnus,
 „perinde etiam excisus. Injectum deinde
 „ter quotidie decoctum vulnerarium ▽ a mea
 „Arquebusada remixtum; interne datae
 „MRæ temperantes. Nox longum, placi-
 „dissimumque somnum attulit, qualem aeger
 „per semestre ante nunquam habuit. Ab-
 „hinc vero pedetentim ex integro conva-
 „luit.“ Alter (a) miles 50 annorum omnia
 eadem incommoda nullis remediis internis
 sponda perpetiebatur, ex quo haemorrhoides
 ante sub quavis dejectione fluere solitae
 ab aliquo tempore substituerent. In anno in-
 specto nil repertum; sed a cathartico ex Θe
 mirabili vehementer alvum ciente emerse-
 runt 3 sacci, duo avellanam, juglandem
 nucem unus aequans. His forfice ablatis in-
 jecta ▽ a vegeto-mineralis cum magno do-
 lorum lenimine, atque abhinc ex toto me-
 lius habuit. Haud secius (b) unus amicorum
 Auctoris e nimia sanguinis per haemorrhoides
 quotidie profusissime fluentes jactura
 amissis omnibus viribus per quam cacheoticus
 lente febricitabat nihil ullis proficienti-
 bus remediis. Anno inspecto saccus prorius
 callo.

(a) Ibidem p. 61.

(b) Ibidem,

callosus $\frac{1}{2}$ pugni magnitudine inde cum variis parvis sacculis protuberabat, & a dato cathartico alter ejusdem molis perindeque callosus egressus est, qui ambo excisi sunt. Ita etiam I. L. SCHMUCKER (a) accitus ad magnatem tria tubera haemorrhoidalia, quorum unum pugno aequale fuit, habentem & a triduo iam alvo, somnoque carentem summisque excruciatum doloribus, eum mensa impositum diductis ab alio natibus jussit fortes nixus velut ad delidendum edere, queis tubera magis tendebantur. Maximæ illarum primum incise tunice $\frac{1}{2}$ pollicem crassæ erant, cavumque tam capax, ut digitum indicem commode admirerit; unde elapso plurimo sanguine atro, spissaque evum collapsum est. Quo factò tunice utrinque sorifice ablata. Idem etiam cum reliquis duobus factum. Abhinc oxyus nova duo tubera ex ano erupere, quorum majus juglandem nucem aquabat: hæc quoque eadem methodo ablata. Omnis haemorrhagia vix $\text{\textcircled{3}}$ vij erat. Externe igitur admota Splenia ∇ a frigida imbuta; interne datæ doses aliquot \ominus GLAUBERT. Operatio vesperi perfecta, noctu placidum attulit somnum, aliusque sponte soluta est. Postero mane injectio ∇ a frigidæ in anum imperata, & vulneribus admotum ope penicilli & linteo car-

(a) L. c. p. 109. sq.

capto unguentum lithargyr. illa intra aliquot dies persanavit. Modum hunc varices haemorrhoidum interuarum exscindendi jam multo ante docuerat H. F. LEDRAN (a) consultus pro viro, cui ultra semestre jam interna recti intestini tunica ex ano egressa formabat simbriam circularem (farciminoam) 2. pollieum, ultra quam sursum 6 tubercula haemorrhoidalia, acinos passularum aequantia, sedebant obdurata, margine ani admodum simul relaxato: ut idcirco æger elapsam partem sine difficultate reponere posset, perinde facile iterum elapsuram, dolor quidem aberat; sed ob quotidianum partis exuentis incrementum æger multum inde molestia perferebat. Respondit Auctor, post præmissam aliquot dierum dietam non nimis severam & unum alterumve catharticum tubercula aliud ex alio esse exscindenda proxime tunicam internam intestini, cui insidebant, at illæsa illa simbria; haemorrhagiam et si levem cohibendam esse turunda a linteo carpto, magna, in aquam stypticam intincta, denuoque expressa, vulneri imposita, & sub ipsa elapsae partis repositione simul in anum intrusa, filo tamen extra anum pendulo firmata, ut educi queat, nec sese altius ad intestina recipiat. Orituram a styptica aqua levissimam in vulneribus crustam, quæ ap-

pli.

(a) Chirurgische Gutachten p. 183. fqq.

plicatis ope laxae ex linteo carpto turundae vulgaribus digestivis brevi secessura sit. Fore etiam, ut a suppuratione tumida interna tunica, ante operationem irritata, dejectionis tempore aliquid patiatur. Si fimbria non illico post operationem tota reduci posset, reductum iri indubie 2do vel 3to post deligationem die. Post octidui per digestiva suppurationem injectiones in anum vulnerarias m. & v. imperavit. Ut autem interna tunica relaxata sensim iterum pristinum situm, tonumque recuperet, opus esse quiete in lecto minimum in 3 hebdomadas; quod sub horizontali situ intestinum rectum se ipsum non premat, humoresque liberius fluant, quem situm etiam anus imus relaxatus exposcet. Porro quo certius tonum hunc tunica recipiat, m. & v. injectiones stypticas prescripsit, ut similis iis collecta fex molliatur, dum interea cibi liquidi tantum concessi collectionem illius praepediunt. Tandem subdit Auctor se hujus methodi efficaciam experientia didicisse. Consulebatur etiam (a) pro alio viro 40 annorum a longo tempore haemorrhoidibus abnoxio, quae nunquam alias, nisi sub dejectione duris a scybalis compressae, sanguinem fundebant, sub alvi nixibus foras semper protrusae, posteaque vix intra horam intro fese recipientes. Malum hoc in dies ingravescebat. Erant autem 5 varices cerasa aequantes, internae recti tunicae

(a) Ibidem p. 192. sq.

nicae sat ampla basi, firmiterque inherentes; his aliae & acinis passulaum aequales erant intermixtae: omnes autem simul sumtae magnitudine pomum mediocre exaequabant, cinctae plica ex interna tunica coronae in formam redacta. Aeger cetera sanus. Huic quoque reposuit Auctor, nullam hic aliam medelam profuturam praeter omnium varicum excisionem priore in casu cum adnexa curatione descriptam. Cum autem inter excindendum indubie aliquae varices futurae essent, e quibus ab arteria illuc eunte sanguis profiliat, oxyus splenium ∇ RABELLII intinctum, ditoque per $\frac{1}{2}$ horam appressum firmiter teneri jussit; ceteris vero tantummodo stillantibus turundam magnam e linteo earpto aquæ lenius adstringenti intinctam, rursusque expressam imponi, & quoad ejus fieri posset, omnia iterum reponi jussit; licet saepe nonnisi pars posset reponi. Post medium horam omnia iterum eximi posse, solamque turundam (ut in priori casu) adhiberi. Non obstante cautela hac perdi aliquid sanguinis, qui in rectum intestinum reddit; casus enim sibi obtigisse, ubi aeger ad 3 vascula pro Væ Sæ adhiberi solita sanguinis amissit, postquam oborti borborygmi eum ad defidendum ursisset. Hoc in casu omnem deligationem secedere, omniaque simul anno exire, novaque proinde turunda ut ante indica oriri crustam, quae haemorrhagiam fistat. His factis ulteriorum curationem uti priori in casu fieri. Hisce jam universim expensis non usque adeo videtur necessaria

cau-

cautela, quam GOULARD *(a)* simili in operatione inculcat. Meminit ille theologi internas haemorrhoides passi, quae sub quavis dejectione foras protrusae plurimum ei molestiae cum in egressu tum in reditu in anum facescebant, donec urgente malo operationi se subjicit. Auctor voluminosissimam molem haemorrhoidum foras egressarum ac manu prehensarum aliquanto plus quam dimidiam excidit, intactis reliquis, quod ab experientia certum esset, ablatis simul ac semel in toto ani ambitu varicibus cicatricem parrectam, curatunque difficultem stercori iter velut strangulatu paecludere, id quod saepius ipse obseruasset: contra ea nihil ab relatis varicibus integris metuendum esse; ut quae sanguine sponte evacuato flaccescant, quo facilior evadit & deligatio & immisso turundae factae compluribus e laciniis lineis, fasciae decussatae super vulneratis partibus affixis. Finita operatione deligatus aeger bihorio inde post adeo ad desidendum urgebatur, ut apparatus fuerit demandus, & haemorrhagia supervenerit, periculosa futura, nisi Auctor adveniens eam compescuit; sed abhinc rite deligatus aeger sensim convalluit. Plurisne est cautela HIPPOCRATIS *(b)* varices

(a) Traité sur les Effets des Préparations de Plomb &c. T. 1. Chap. 10. p. 227. sqq.

(b) L. de hæmorrhoidib. Opp. FOES T. 1. p. 892. sq.

varices id genus non radicitus usque excidi, sed extrema tantum illarum praecidi jubentis? „Foras educta quam maxime sedes „(inquit ille) calida perfunditur, tum venarum sanguinem fundentium extrema praeciduntur. Hoc vero medicamentum antea praeparatum ad sectionem habere oportet: „urina in vas aeneum immissa, flos æris „ustus optime laevigatus inspergitur, tum „vase agitato maceratur, & in sole siccatur; „siccatum eradicatur, teritur, & laevigatur; „ano admovetur; spongiaque superimposita „deligatur.“ Perfundit nempe anum aqua calida, ut dolorem leniat; praecidis varicibus pharmacum applicat valide siccans, & subadstringens, quod & vasa contrahit, & haemorrhagiam cohibet: Oleum denique ad leniendam valet dolorem, & inflammationem prohibendam. Spongia omnia in situ retinet. Atque haec de ferro haemorrhoidibus admovendo.

§. CXVIII.

c) *Vicaria ferri, hirudinum in aegris utrumque horrentibus est varicum frictio rebus asperis, vel Compunctio rebus aculeatis peracta; imo ambo haec in eo videntur convenire, quod minimum tantum hiatum puncti instar in varice efficiant citra insignis inde haemorrhagiae discrimen, ut ex HÜNER-TRNKA Hist. Hæm. Vol. II.* P WOL-

WOLFFII (a) casu æstimari potest. Compunctioni autem faciendæ optime deserviunt vel hystricis Americanæ aculei, vel hamulosum dyspaci pericarpium, de quo M. A. SEVERINUS (b) „Sic ubi scalprum (ait) asperius videatur (præsertim pueris, mulieribus, uno verbo molli huic toti generi); tum omisso ferro capietur hamulosum pericarpium dyspaci cardui illius, quem vulgo nominant Cardo, Septembri mense collectum . . . ad illud globuli plumbi frustulum accommodabis, quo certius impelli possit; sic particulam feries humore, quanto sit opus, exhausto. Tuto autem modicam hanc rem inferri testificatus experimento fuit Rev. sacerdos A. LOMBARDUS, qui non alio sane modo multis abhinc annis turgentium haemorrhoidum dolorem sibimet ipse lenire consuevit.“ Ad frictionem autem varicum, qua tunicae illarum extenuari sensim usque ad crepataram possint, vel maxime idoneæ sunt res planæ, & aspera superficie præditæ, cuiusmodi præsertim est charta bibula rudior, quam A. STÖRCKIUS (c) consuluit, vel panni asperi, vel folia ficus, &c. Interea tamen ante similium applicationem monente P. FORTINO RESTO

(a) Vide §. præcèd. β)

(b) L. c.

(c) Medic. pract. Unterricht. 2. Th. p. 29.

RESTO (a) hæmorrhoidum varices erunt „prius
„emolliendæ balneis , unctionibus , empla-
„stris emollientibus , & ita moliores reddi-
„tæ aperiendæ frictione aspera . . . foliis
„sicum.“ &c. Sed & id cavendum , ne in
varicibus inflammatis , aut nimium dolenti-
bus frictio fiat ; quippe quæ utrumque hoc
symptoma exacerbet , ut id expertus est FROM-
MANNI (b) æger.

CAPUT II.

E N E M A T A.

B A L A N I.

§. LXXXIX.

II. **E**NEMATA amplissimi in hæmorrhoidalib-
us malis usus alterum sibi a sanguinis missio-
ne locum vindicant , eaque pro varietate indi-
cationis varia indole prædicta : hinc

I. *Emollientia aquosa , mucilaginosa ,*
oleosa adhibenda , ubi sicca intestina hume-
standa vel spastico constricta relaxanda , dolq-

re

(a) L. c. Schol. ad Obsf. 6.

(b) Vide §. 117. β).

res leniendi, fex dura mollienda, & lubri-
canda. &c. Recte utique observat LUDWIG
(a), in cœcis hæmorrhoidibus non tam ad
plethoram quam siccitatem intestinorum, ac
fecum esse attendendum; siquidem cum ob
languentem vel vitiosam hæmatopoiesin, len-
tor in sanguine nascatur, vel pituitosus vel
sæpiissime atrabiliarius ad secretiones ineptus,
minus ibidem secernatur humorum intestina hu-
meantium ac lubricantium, fecemque mol-
lem servantium: quapropter & intestina &
scybalia sicciora facta venas premendo causa-
bunt hæmorrhoides. Unde (b) in „corri-
genda siccitate intestini recti tanquam pri-
„marii symptomatis initium faciendum est.
„Quæ medendi ratio et si palliativa est, viam
„tamen pandit ad reliquas indicationes rectius
„exsequendas. Efficitur vero humectatio cly-
„smatibus, iisque reiteratis; quoniam primæ
„injectiones ut plurimum magis lædunt; quam
„juvant. Sed si faburra intestinorum crasso-
„rum his quodam modo mota & emollita est,
„facile succedit alvi ductio per leniora Θna,
„& mannata, quæ antea purgantibus fortiori-
„bus & resinosis effici non poterat.“ Multum
huic methodo MORGAGNI (c) tribuit: „quod
„si . . . æquo durior (inquit ille) esse alvus
„per-

(a) L. e. p. 393.

(b) Ibidem p. 395.

(c) L. e. Nro. II.

„pergat, neque usus crebrior adjuvet molli-
 ,entium ciborum, nulli alii subsidium il-
 ,lud postpones, ne hæmorrhoides ob nixus
 ,oriantur, quo claros medicos uti video, ne
 ,orræ, sint adeo inter nitendum molestæ.
 „Injiciunt hi ante dejectionem unciam lenis
 „cujuspam olei, inprimisque semenum lini:
 „quo nos quoque cum duriora recrementa
 „mollienda sunt, imumque intestinum lubri-
 „candum, sæpe uti, ac feliciter consuevimus
 „eodem fere pondere, aut certe non multo
 „majori, ne continuo refluat, imo ut diu-
 „tius retineatur; quamquam sic olivarum
 „quoque oleum interdum præscripsum ab eo
 „usque tempore, quo narrabat RAMAZZI-
 „NUS, in puerpera matrona 7 jam dies nil
 „dejiciente, cum multa, ac varia nihil pro-
 „ficerent, rediisse in memoriam, quod le-
 „gisse dicebat (si recte memini) apud M. RU-
 „LANDUM, ut binas horis singulis uncias com-
 „munis olei injiciendas curaret, eaque ratio-
 „ne alvum solvisse.“ Quantum porro etiam
 enemata mollissima ad pacandos ab hæmo-
 rrhoïdibus cœcis dolores valeant, documento
 est observatio D. GRÜGERI (a) de viro intol-
 erabilem intestini recti dolorem ex hæmo-
 rrhoïdibus passo, nullis expugnandum reme-
 diis, donec tandem injecto enemate ex de-
 cocti malvæ **15**, & olei popul. Augustan.

3v.

(a) Misc. nat. eur. dec. 2. ann. 2. Obs. 197.

Si. non levamen modo; sed demum etiam hæmorrhoidum ulcerosarum sanatio est obtenta. Plurimum quoque id genus enemata conferunt ad immodicum hæmorrhoidum fluxum ex acrimonia vel nimia irritabilitate ortum compescendum. DE LA METRIE (*a*) narrat hypochondriacum laborasse obstruktione hepatis, crurum oedemate, tantoque hæmorrhoidum fluxu, ut quotidie fere ea copia sanguinem, qua Væ Sne demi solet, egesse rit: unde admodum debilitabatur. Facta igitur Væ Sne insistebatur usui enematum ex lacte asinino, queis hæmorrhagia sensim prohibebatur. Tandem deuentum adpotum aquarum mineralium s. JOANNIS (vicus est a s. MALO leucam distans), & demum ad equitationem diutinam. His præfidiis ad pristinam rediit valetudinem.

2. Anodyna etiam quandoque acri dolori urgenti sunt opponenda, in quies præter emollientia jam dicta etiam lenissima nervos pacantia locum habent; cuiusmodi vel maxime sunt olea illa infusa cum herbis antispasmodicis chamomilla, viola, &c. Sic apud R. DODONAEUM (*b*) „viro cuidam cœcæ, ac inter, „næ hæmorrhoides molestæ erant. Medicus „enemata adhibuerat, quibus salēm, & hie-
„ram

(*a*) L. c. Obs. 36. p. 104.

(*b*) Obs. med. Cap. 50.

„ram picram admiscuerat: hinc dolor, & inflammatio adeo intensa, ut non minus; quam hæmorrhoidum labor, urinæ quoque molestum esset stillicidium, & cui prius remedium adhibendum, foret, in deliberationem caderet. Huic autem mox olei violacei uncia, in anum injecta benefecit, dolore primum hæmorrhoidum, deinde & vesicæ levato. Eodem vero postea aliquoties imposito omnis dolor cito conquevit.“

3. *Eccoprotica* vero cum emollientibus ijecta, quod non feces modo educant, sed & yasa infarcta aliquatenus depleant, gravissimos sæpe dolores sedant, cuius rei exemplum præbet E. GOCKELIUS (*a*): puerpera 30 annis major, a laborioso partu nacta est hæmorrhoidalē varicē fabæ; vel avellanae magnitudine, inflammatam cum tanto dolore, ut præ illo anxia vix spirans in lecto sese hic illuc volutarit. Lochia varii erant coloris. Imperata ergo idonea diæta; sequens parti dolenti admotum remedium:

R. Unqu. de linar. ȝj.

— liquirit. ȝj.

Olei Mastichin.

— ovor. ȝj. M.

Hocce

(a) Gallicin. med. pract. Cent. I. Consil. 8.
P. 32.

Hocce non satis levante adhibitum aliud:

R. Unqu. infrigid. GALEN.

— de litharg. $\frac{1}{2}$ $\text{ʒ}\beta$.

Olei orov. $\frac{1}{2}$ j. M.

Ano, intra quem maximus erat dolor; indita turunda ex goslypicio oleo orov. calido intincta, defuperque unguentum anodynnum super linteolis applicatum. Sed nec his ex toto juvantibus injectum demum enema;

R. Lactis vaccini $\frac{1}{2}$ vj.

Sacchari Thomæi

Mell. rosar. solut. $\frac{1}{2}$ $\text{ʒ}\beta$.

Vitell. orov. No ij. M. F. clyisma.

Hoc protinus dolorem, & inflammationem sustulit, & revertentem $\frac{1}{2}$ ta abhinc die dolorem rursus abegit. In prophylaxim, indicante præsertim lotio crasso, ac turbido, borborygmisque torminosis, deinceps datum eckoproticum:

R. Fol. Senn. Alex. S. S. $\frac{1}{2}$ ij.

Crem \square ri

Rhei elect. $\frac{1}{2}$ $\text{ʒ}\beta$.

∇ æ ceras. nigr. $\frac{1}{2}$ ij. Post lenem ebull. in colat. dissolve

Mannæ Calabr. granulat. $\frac{1}{2}$ $\text{ʒ}\beta$. F. potio.

Sexies

Sexies inde , facileque dejecit cum totius corporis alleviatione , morbusque omnis inde conquievit.

4. *Tonica* enemata ex roborantibus , & adstringentibus parata , ubi laxitas intestini recti varices vel fluxum causat, foveatque summi, saepe sunt usus, & nimio in fluxu compescendo quantum possint, cum CORNARII (*a*) æger est expertus, tum etiam H. SMETII (*b*) calus restatur: „viro nobili quadragenario a multis „difficilibus, longisque morbis restituto nu- „per admodum copiosus ab alvo sanguis flue- „bat, ut intra secundum diem 6 ℥ pondera- „les adæquaret . . . Revulsionem frictione, „atque ligatura brachiorum fieri jubeo una cum „rerum adstringentium per superiora sumtione. „Postridie ad ægrum accersitus circumstan- „tiis examinatis hæmorrhoidem balani ex con- „creto melle suppositi usu in recto intestino „reclusam deprehendo. Sanguis enim since- „rus, incontaminatus, grumosus, flavescentes „(non nigricans, qualis ab ani venis prodire „solet) frequentissime excernebatur, ut se- „qui die plures quam 30 puri sanguinis excre- „tiones decederent; quin etiam tandem syn- „cope cum vomitu multo corripiebat. Depre- „henso loco affecto medicamentum emplasti- „cum

(*a*) Vide §. 95.^{ad}).

(*b*) *Miscell. med. L. 4. Epistol. 9. p. 222.*

„cum cum adstrictione modica injici mandabam, lenissime tamen, ne intestinum rectum præterveheretur. Quo facto suavissime totam noctem quiescebat æger, nulla excretione sollicitatus. Postridie reddebat infusum cum fecibus compactis nulla sanguinis nota apparente, surgebat, ambulabat, rediebat ad consueta munia.“ Perinde p. SPINDLERI (*a*) figulus post enormem aliquot hebdomadum dolorem lumbarem, incidit in colicam cum insigni, continuoque vomitu. His sumta aqua laxativa remittentibus successit fluxus ex alvo sanguinis floridissimi tantus, ut per 24 horas ultra $\text{H} \frac{1}{2}$ 12 ad 14 egesserit, præcedente quamlibet dejectionem tolerabilis colica, moxque iterum cessante. Juncta erat febris cum pulsu celeri & primis fluxus horis satis vehementi, dein vires omnino prosternebantur. Facta initio Væ So, injectæ ligaturæ, vietus imperatus refrigerans & adstringens, data medicamenta in dysenteriis, & hæmorrhagiis probatissima; etiam narcotica; sed omnia incassum: donec unica vice injectus clyster A. SALAE in dysenteria decantatus cum consolidæ majoris radice præparatus fluxum velut incantamento stitiserit. Sine ullo alio remedio æger convaluit, nunquam deinceps simile quid passus. Haud minor est enematum tonicorum necessitas post saccatarum hæmorrhoi-

(*a*) Obs. med. 44.

rrhoidum excisionem ad venas constringendas,
recidivasque præcavendas; atque hocce in
casu nil efficacius est injectione aquæ frigidæ.
I. L. SCHMUCKER (*a*) post saccatas varices
dicto modo depletas injici jussit „si illæ intra
„anum latebant, jamque collapsæ sunt, quo-
„tidie m. & v. enema $\nabla\alpha$ perfrigidæ; sic
„etiam atonæ partes iterum contrahuntur,
„ardor sub dejectione evanescit; circulatio
„hisce in partibus denuo rite procedit, &
„recidivæ ita præcaventur. Hunc in finem
„serviet stannea Syrinx, circiter vasculi choc-
„coladæ capax. Multi simili in statu meum
„(ait) secuti consilium ex injecta in anum
„quotidie semel aut bis hac aquæ quantitate
„optime fese habent; imo complures adstri-
„ctam assiduo alvum (symptoma hypochondri-
„acis vel maxime, ac hystericis familiare) ex-
„perti etiam ab hac liberati alvum rite, &
„sine molestia excernunt.“ Plurimum sane
ab his enematibus illius magnas (*b*) est lu-
cratus.

5. *Acria* denique etiam enemata inter-
dum locum habent, in primis ubi suppressus
hæmorrhoidum fluxus est revocandus. Ita I.

s.

(*a*) L. c. p. 108. sq.

(*b*) Vide §. 117. *¶*).

B. ALBRECHTI (a) „vidua sexagenaria phlegmone utriusque femoris afficiebatur, ex qua asthmatica fiebat, utope cui affectui, alias erat obnoxia; asthma autem post insectum tumorem oedematosum utriusque perdis mitigabatur, quo discuso dyspnoea rediit, hocque modo unus affectus alterum aliquoties alternatim exceptit tamdiu, donec haemorrhoides copiose quidem, ast dolorose fluentes erumperent, a quibus postea melius se habere coepit, qualem eruptionem clysterium acriorum usus multum juvabat.“ Haud segnus F. HOFFMANNI (b) viduæ 50 annum egressæ ob lautam, otiosamque vitam obesæ, humorumque plenæ ante 8 annos cum catameniis haemorrhoides etiam fluxere. Inde cum semel tantum, ex quo menses prorsus desiere, venam fecisset, diu iam lassam, languidamque se sentiens tandem circa aequinoctium autumnale in grave incidit coma cum omnium sensuum abolitione nulla inde arte excitanda, donec post phlebotomiam in pede copiosus fontanæ frigidæ potus quavis hora ad aliquot uncias datus fuisset. Exhastis sic intra biduum 5 vel 6 ejus mensuris post injectum enema stimulans ingens vis sanguinis crassi primum, dein tenuioris alvo exiit,

(a) Commerc. Nor. T. 7. A. 1737. hebdom. 44.

P. 347.

(b) L. c. T. 4. P. 2. S. 1. C. 4. Obs. 6.

iit, ut intra 24 horas plus quam 5 mensuræ profuxerint. Ex eo illoco ad se rediit ægra, sopor discussus, collectæ pedetentim vires, datisque analepticis leniter adstringentibus, injecto etiam clysmate ex pura aqua frigida, pauca tamen, belle convaluit.

§. CXX.

Cautelæ tamen in clysmatum administratiōne aliquæ interdum tenendæ sunt, nempe ubi tantummodo ratione intestini recti affecti injiciuntur, opera danda est, ut non isto prætervecto altius in tubum intestinalem perveniant; sed intra rectum subsistant, & ut quam diutissime ibidem morentur. Quocirca

1. *Injeccio lenissima* instituatur; ne fluidum concitatius immissum ultra intestinum rectum altius provehatur. Sollicite id observatum fuit in *viro SMETII* (a).

2. *Copia* liquidi esto parva, ne pondere suo alvum cieat. Uncia olei satis visa est MORGAGNIO (b), sufficitque DODONAEI (c) viro,

(a) Vide §. præced. Nro. 4.

(b) Ibidem Nro. 1.

(c) Ibidem Nro. 2.

viro, aquæ non plus injecit SCHMUCKER (a),
quam quantum choccoladæ capit vasculum.

3. *Irritatio ani a fistula clysteris sollicite cavenda est præsente inflammatione, & acerimo dolore cum tumore anum omnino præstruente; facile enim gangræna inde letalis consequitur. Sic apud ZACUTUM (b) „cuidam „ex cœcis hæmorrhoidibus laboranti, cum „præ illarum tumore anus esset clausus, & „multis diebus . . . non dejiceret, injecto a „quodam inscio clystere ita hæmorrhoidales „venæ sunt dilaceratae, ut ob dolorem, & „affluxum humorum tota inflammata parte „sphacelata . . . biduo vitam cum morte „commutaverit.“ Perinde referente in PEREISKII vita GASSENDI (c) hoc ipsum infortunium magno isti litteratorum mœcenati eadem ex causa accidit.*

§. CXXI.

BALANI enematum vicarii sunt: proinde ejusdem quoque indolis sint oportet, nimirum vel emollientes, vel anodynæ, vel eccoprotici, vel tonici, vel acres stimulantes, prout

(a) Ibidem Nro. 4.

(b) Prax. med. admirab. L. 3. Obs. 137.

(c) Lib. 4. p. 158.

prout hos , vel illos necessitas exegerit.
 Emollientes & anodynæ ex sebo vel butyro
 frigore durato optime parantur , præsertim
 vero *butyrum cacao* mire se hic commendat :
 hinc i. c. STUNZER (a) ad hæmorrhoidales
 dolores , & ardores compescendos non abs
 re commendat balanum ex butyro cacao m.
 & y. indendum. AMATI (b) Romana uteri
 prolapsum , & hæmorrhoidum dolorem passa ,
 post frustra adhibita remedia selecta demum
 balano e sebo hircino cum opio indito do-
 lorem fugavit , quin amplius reversus fuerit ,
 præsertim subjuncto ad partem affectam fotu
 calido roborante. Si vero acribus pro fluxu
 suppresso revocando sit opus , varia scopo
 hoc adhiberi possunt : „quidam , inquit FROM-
 „MANNUS (c) , alumine suppositorii loco so-
 „lum usurpato fluxum concitarunt ; idem
 „præstat radix ireos recens , vel raphani ,
 „vel betæ , vel brassicæ in formam supposi-
 „torii secta , molliore aut lana aut bombacis
 „floculo circumducta , atque intincta in felle ,
 „vel si acrimonia metuatur , in oleo irino ,
 „& subdita. Radix quoque cyclaminis re-
 „cens , item cœpæ vel allii bulbus detracto
 „cortice externo intrusus idem efficit. Ex
 „sapone

(a) L. c. p. 78.

(b) L. c. Cent. 2. curat. 91.

(c) L. c. P. 3. Probl. 31. Nro. 4. p. 403.

„sapone albo recenter parari etiam potest
 „glans, oleoque irino tincta ano immitti.
 „Vel

R. Mellis q. s. coqu. & inter coquendum
 adde

Aloes opt. 3ij.
 Hellebori. nigr. pulv. 3fl.
 Succi mercurial. parum.

,**F.** l. a. suppositorium. Vel

R. Amygdalar. amar. 3ij.

Pulpæ colocynthid.

Folior. rutaæ 2z 3j.

Croci 3fl. Cum

Medulla cervi, & exigua

Bdellii in vino dissoluti aut

Myrrhæ quantitate fiant glandes

„oblongæ, immittantur.“ Tenendum au-
 tem apprime, balanos & enemata haud ita
 per omnia inter se convenire, ut sine discri-
 mine unum alteri suffici possit; enimvero
 est, ubi balani melius in rem quadrent;
 alias vero enema.

CAPUT

CAPUT III.

TOPICA.

§. CXXII.

III. TOPICA etiam remedia, quoniam manib;
bus accessus affectam ad partem datur, uti-
lissime sæpen numero forma fumi, vaporis,
litus, fatus, turundæ, cerati, &c. adhiben-
tur, præprimis vero ad hæmorrhoides aut
sine fluxu tumentes, aut fluentes etiam. Cum
autem varius hæmorrhoidum in tumorem ele-
vatarum status esse possit, ita ut tumor vel
recens, criticus, symptomaticusve, & indo-
lens aut dolorificus, præsertim ex inflamma-
tione, sit, vel pus collegerit, vel in gangræ-
nam degenerarit, &c. satis intelligitur, topi-
ca quoque pro vario id genus statu varia esse
oportere. Ex innumerabili prope eorundem
serie probatissima tantum & in suas quæque
redacta classes hic referam, ne reliqua far-
ragine vel paginas inutiliter impleam, vel
memoriam tironum obruam. Ac primum qui-
dem occurunt,

§. CXXIII.

A. *Emollientia*, quæ exigit cœcarum
immanis dolor, vel inflammatio, vel suppura-
ratio occipiens, vel ubi fluxum obtinere fati-

TRNKA Hist. Hæm, Vol. II, Q gimus.

gimus, ut ab iis laxata magis ani vasa plus recipient sanguinis, & ab eo facilius crepent, &c. Indolentibus tamen ac præsertim inflammatis id de emollientibus notabis, addenda semper illis esse lenia vel anodyna, vel discutientia, & haud diu corundem usui esse insistendum; ne secus aut laxitas vasorum ani morbum fovens adaugeatur, aut etiam inflammatio in suppurationem abeat, indeque ulcera ani fistulosa oriantur. Recte idcirco experti monent Practici, ut remittentibus dolore, tumore, rubore, febre, &c. ocyus discutientia in locum emollientium sufficiantur. Emollientia porro triplicis fere sunt generis, videlicet:

§. CXXIV.

1. *Aquosa tepida*, quæ hic forma fotus, aut vaporis applicantur. Sic 1. WEISZLI (a) „hæmorrhoidarius juvenis tinctor tussi sub „peripneumonica afficitur, quam una Væ So, „nitrosum emulsum, ac dein MRA stibiata „oxymellita facile sanatunt. Post $\frac{1}{2}$ annum „tussis cum peitoris oppressione pejor reddit, „hæmorrhoides tument, arte benignæ na „turæ alvus simul fluit. Vapores emolli „entes, balnea pedum, infusum emolliens & „purgans salinum . . . hæmorrhoides aperi „unt,

(a) L. c. p. 19. sqq.

„unt; fluunt hæ, & mala pectoris evanescunt.“
I. P. NOTICII (a) juvenis cruditus immenso
 ex interyallis hæmorrhoidum dolori obnoxio-
 us levamen saepe obtinuit a fumo, vel calore
 carentium prunarum ad anum admisso. Re-
 verso aliquando acerbo hoc dolore consultus
 Auctor, cum materia fueret, neque con-
 dylomata adessent, primo hoc linimentum
 suavit;

R. Olei rosar. 3ijß.

Mucilag. sem. cydon.

(a) **autem**

psyll. Aqua plantag. extr. 2a 3jß.

Lapi calamin. cum ▽ a ros. triti.

Pingued. gallin. 2a 3ß.

Vitell. ovor. No ij. Ponantur in Mor-
 tario plumbeo per 3. horas, sub sole. M. F.
 linimentum. Applicetur cum lana carpta vel
 penicillo calide instar suppositorii. Hoc vero
 nihil juvante, jussus est decocti e fol. ac flor.
 verbasci vaporem fervidum anno excipere.
 Quo per 2 vel 3 dies factitato omnis dolor
 conquievit. Simillimus huic est. **V. RIEDLINI**
 (b) casus de viro 60 annis majore, rarissime
 ægrotante, itineribus dedito, nuperque hæ-
 morrhoidum nacto fluxum cum tanto dolore,
 ut incedere non posset. Cum pinguis adhi-
 bita cruciatus potius auxissent, hisque surro-

gata

(a) Obs. med. L. 4. C. 10. Obs. 2. p. 430.

(a) Curar. medicar. millenar. Obs. 51.

gata mucilago sem. cydon. nil opis tulisset,
demum vapores aquæ calidæ herbis idoneis
alteratæ ano admissi dolorem profligarunt.

§. CXXV.

2. Mucilagines cydoniorum, psyllii, &c. ad quas & fatus plantarum emollientium, althææ, salet, &c. mucilaginis plurimum continentium sunt referendi, queis gravissimi sæpe cruciatus pulcherrime mitigantur. V. RIEDLINUS (a) „præter interna . . . mucilaginem „ex semine psyllii vel cydoniorum cum aqua „vel conveniente, vel etiam simplici paratam „sæpius jam dolorem, si non penitus abegisse, „plurimum tamen leniisse expertus est, si nimirum vel cum linteo subtili applicata vel „per siphonem injecta fuit.“ Multi his mucilaginibus alia simili coindicata, ut deinceps pastum visuri sumus, jungere assolent. I. B. MORGAGNIUS (b) „ALBERTINUM vedit tu- „mentium hæmorrhoidum cruciatus in Pro- „cere quodam lenire admotis cucurbitarum in- „teraneis aut injecta aqua, in qua hæc fue- „rant decocta. A Procere autem altero . . . „accepit, ipsi quidem in harum doloribus ita „prodeste linteola subinde admota, quæ ma- „derent tepida, in qua lini semina & con- „cise

(a) Lin. med. ann. 1. April. 4ta. p. 96.

(b) L. c. Nro. 12,

„cisiae radices althææ decocta essent ad ter-
tias, ut cruciatus non modo sedarent, ve-
rum etiam si statim, atque hi inciperent,
admovearentur, increscere hæmorrhoidum
tumorem non sinerent, nec (quod consequi-
tur) disrumpi, & sanguinis profluvium fieri.“
Perinde Vratislavienses medici (a) „folia (in-
„quiunt) verbasci in lacte cocta, & calide
applicata sæpe sola nobis suffecerunt.“ For-
mulæ hic facientes sparsim in consequentibus
(b) occurunt numerosæ.

§. CXXVI.

3. *Pinguia* denique, ut Axungiæ, seba,
butyra, olea pressa, blanda, maximi hic sunt
usus, idque vel sola, vel (quod usitatissimum)
lenibus resolventibus, discutientibusve re-
mixta, atque in formam litus redacta.

a) *Axungiæ* hic laudari solitæ sunt

a, Canina. MORGAGNIUS (c) ex femina
remedium adhiberi audivit, quæ tumentibus
hæmorrhoidibus a longo jam tempore vexa-
batur, quas . . . cum ostendisset, ipse au-
tem

(a) Histor. morbor. Vratisl. A. 1702. p. m. 376.

(b) Vide §. 131.

(c) L. c.

„tem quærerem (ait), qua ratione tumentes
 „adeo reponere sine intolerabili molestia pos-
 „set? continuo respondit, se multa & varia
 „expertam nihil utilius invenisse pinguedine,
 „quæ circa renes sit canis rufi: ea igitur rite
 „præparata inungere se egressas inter dejici-
 „endum hæmorrhoides, eaque ratione aut
 „sine dolore, aut certe cum multo leviore
 „jam diu reponere, ex quo ab aliis, qui pe-
 „ticulum ante fecerant, id secum pro arcano
 „fuerat communicatum.“ Sed nil specifici
 opinor axungiae canis, etiam rufi, vel circa
 renes collectæ inesse; quandoquidem alio-
 rum etiam animalium axungia idem præ-
 stant, ut

B. Caprilla. P. FORESTUS (a) commen-
 dat sequens cataplasma:

R. Medullæ panis $\frac{1}{2}$ j. coque in
 Læctis $\frac{1}{2}$ j ad consumt. $\frac{2}{3}$. Adde
 Axung. renalis caprillæ $\frac{1}{2}$ j.
 T. verm. terrestr. $\frac{1}{2}$ j. M. & ano
 calide applica.

y. *Suilla* sed vel cum tabacco, vel cum
 colcothari vel cum $\frac{1}{2}$ o vivo remixta. „Inter
 præstantiora resolventia, & anodyna prima-
 tum fane ducit unguentum Neapolitanum
 „in-

(a) L. c. L. 23. Obs. 6.

„inquit I. LIBUTAUD (a), quod omnium aliorum topicorum vices explere multiplici experientia edocti afferere minime dubitamus.“ Perinde de aliis inferius videbimus.

b) *Butyra* quoque raro simplicia sed plerumque aliorum corporum viribus acuata hic in usum vocari solent. Inter hæc

a. *Cacao Butyrum* princeps est remedium, & omni saepè pretio majus, quod non anno solum sed perinæo quoque aut ossi sacro illitum dolores actutum sopire solet, id quod in pluribus jam sum expertus.

β. *Unguentum terreum ex butyro cum terra aliqua subacto paratum*, quale est. I. DOLAEI (b): „ad dolorem (inquit ille) & ardorem compescendum, & fluxum immoderatum lente sistendum instar arcani medicis junioribus . . . commendo vile sed proficuum hoc remedium :

R. Alcohol lapid. scissil. q. v. Cum Butyro non salito parat.
„& anno applicat.“ D. NEBEL (c) „lubet . . .
„pau-

(a) L. c. p. m. 393.

(b) Encyclop. med. L. 3. C. 10. §. 19. p. m. 291.

(c) Misc. nat. sur. dec. 3. ann. 3. Obs. 162.

„paucis hic meminisse (ait) illius euporisti,
 „quod quidam meorum amicorum non saltem
 „in se ipso; sed etiam in . . . Principe CA-
 „ROLO LUDOVICO Electore quondam Pala-
 „tino, ut & nuperrime in summo quodam
 „viro (prætereo jam alios) saluberrimum ex-
 „pertus est . . . Componitur *ex gypsi pol-*
 „*line cum butyro cancrino subacto*, quo ca-
 „lefacto, tumentes ani venæ leniter foven-
 „tur, dolore sic confestim cessante.“ Uſus
 est hoc ipso remedio PAULLINI (a) etiam æger
 non sine optato successu. Analogum hisce
 est, quod narrat I. H. VELSCHIUS (b): „hæ-
 „morrhoidum dolor cum tumore, fluxuque
 „sanguinis, interdum & cum prolapsu ani,
 „perquam molestus a nobis in pluribus tam
 „viris quam feminis (maxime a partu) facili
 „hoc remedio curatus est, quod arcani loco
 „habebatur :“

I. Cretæ nigræ Coloniensis
 Lap. thermar. Grumbacens. 33 3ij.

Tutiæ ppt. 3j. In pollin. redacta cum
 Oleo periclymeni M.

v. Unguentum de loto, de quo I. G.
 PREBISIUS (c): „Consul . . . hæmorrhoidi-
 „bus

(a) Vide seq. c) v.

(b) Obs. phys. med. hecatost. 2. Obs. 41.

(c) Aet. nat. cur. Vol. 1. Obs. 153. p. 326.

„bus cœcis laborabat ; chirurgus ejus furen-
 „tem dolorem non poterat sedare : hinc jussi
 „lotum cum butyro fricare , postmodum ex-
 „primere , cum vitello ovorum miscere , &
 „exceptum linteo carpo dolenti loco appli-
 „care , quo modo dolor subito fuit ab-
 „latus.“

δ. Unguentum de nummularia. Hujus
 remedij virtutem anonymus quidam apud L.
 RIVERIUM (a) sequenti commendat historia :
 „quidam insulanus . . . vehementi hæmo-
 „rrhoidum dolore torquebatur , qui nullis ano-
 „dynis præscribi solitis cedebat , nimirum fo-
 „tibus ex malva , herba hæmorrhoidal , flori-
 „bus tapsi barbati , chamomæli , neque un-
 „guentis ex butyro , adipe recentis anseris ,
 „gallinæ , oleo de semine lini , atque hujuscet
 „farinæ aliis sexcentis : quapropter dejæta
 „appetentia , vigiliae , vires prostratae subse-
 „cutæ fuerant . Sed neque mucro fistulæ , per
 „quam clysteres injiciuntur , in anum intro-
 „mitti poterat , adeo venæ illæ hæmorrhoida-
 „les propingua loca tumefecerant ! Quæ causa
 „fuit , cur alvus nullas feces spatio 8 dierum
 „excreverit , quamvis cassiam recentem æger
 „bis devorasset . Tandem vero a quodam
 „docto Germano . . . monitus , multis fo-
 „tibus remollientibus repetitis , unguentum
 „de

(a) Observ. Collectarum, Nro. 27. (5)

„de succo nummulariæ cum butyro recenti
 „non rancido parari jussi, quo turunda illita,
 „& sensim intromissa dolorem compescui:
 „unde somnus optatus sensim surrepsit, ap-
 „petentia revocata fuit. Eadem ægro paulo
 „post intestinum rectum prociduum fuit, quod
 „hoc remedio curatum nunquam postea foras
 „exit:

R. Olei mastich. q. s. in eo bulliant
 Scarabæi No viij.

„Deinde oleo ungatur intestinum supra asperso
 „Æe putaminum ovorum, ex quibus pulli
 „fuere exclusi. Idem Germanus mihi assere-
 „bat succum blattariæ itidem mire dolores
 „omnes hæmorrhoidum mitigare.“

c) *Olea* denique pressa blanda nunquam
 pura, sed semper aliarum rerum virtute im-
 buta adhibentur, atque ut plurimum tonica
 resolventia, vel discutientia iis incorporan-
 tur. Præprimis autem commendatur hic
 oleum.

a. *Ovorum.* „Ego, inquit **FORSTUS**
 „(α), . . . in hæmorrhoidibus, in quibus
 „fere cruciat dolor, commode sæpe oleo
 „ovorum solo usus sum; aliquando vitellum
 „ovi

(a) L. v. Ovt. 5.

„ovi commode cum rosaceo aut violaceo oleo
 „subegi, atque iis tantum utebar. Ubi au-
 „tem insignis adesset ardor, albumen ovi
 „quandoque apte commiscui, modo etiam
 „micam panis albissimi ex supra dictis oleis
 „subactam emplastrum modo cum maxima utili-
 „tate apposui, etiam subinde sedem inungen-
 „do oleo violaceo, mucilagine semenis ptyl-
 „dii, pauca portione ceræ adiecta.“

β. Scarabæorum, vel hisce oleo inco-
 etis vel cinere illorum cum oleo remixto.
 „Adscribam, inquit R. SOLENANDER (a),
 „medicamenta duo, oleum, & unguentum,
 „quibus ego usus sum antehac & utor felici-
 „ter . . . Conficitur oleum ex bruchis ster-
 „corariis autumno hoc modo, quod oleum
 „scarabæorum . . . voco:

R. Olei lini 1*ij.*
 Bruchos stercorar. vivos bene pastos.

Nro. 56.

„Eos ordine comprimo, conteroque inter
 „duos politos lapides, atque contritos in-
 „jectosque in oleum coquo lento igne in
 „vase terreo testo ad 3^{ta} partis olei aut me-
 „dictatis consumtionem: inde colatum oleum
 „affervo, in eoque tutiæ opt. lævigatæ aut
 „pom-

(a) Sect. 4. Consil. 20.

„pompholigos aliquid dissolvo, quo inungo
„hæmorrhoides, si in conspectum veniunt;
„sin intus in ano latent; jubeo guttatum per
„anserinam pennam instillari; dolores sedat,
„& hæmorrhoides mirum in modum persanat.“

G. FALLOPIUS (*a*) perinde magni hoc oleum
fecit scribens: scarabæi, „qui in stercore bo-
vino in viis nascuntur, vera medicina sunt
hæmorrhoidum dolentium, hos incoque in
quocunque oleo, & optime, donec ex toto
fere urantur, & deinde hoc oleo inunge.“

Et I. AGRICOLA (*b*) „ad dolores (inquit) &
fissuras hæmorrhoidum nil melius est; quam
si scarabæi in oleo lini coquantur, donec in
oleum resolvantur, & statim dolor cessat.“

Idem etiam facit cinis scarabæorum oleo ad-
mistus. Apud c. t. BIERLINGIUM (*c*) „mer-
scator . . . accepto . . . ḡe purgante in-
consuetum dolorem in intestino recto, &
quasi intolerabilem ex hæmorrhoidibus cœ-
scis per 3 septimanas persensit, qui ipsum
valde excruciat; licet varia assumferit re-
media, non omisis etiam opiatis, & topi-
cis tam interne, quam externe, nullum ta-
men exinde perceptit levamen, donec oleum,
& cineres scarabæorum adhibebantur, quæ
statim

(*a*) De tumoribus. p. n. Cap. 40.

(*b*) Chirurg. parv. Tr. 2. p. m. 599.

(*c*) Adversar. curios. Cent. 1. Obs. 21. schol.
p. 49.

„statim dolorem sedabant. Hujus medicamenti virtutes insignes in hoc affectu multo-
ties expertus sum.“

y. *Millepedum.* Duorum illorum remedium a SOLENANDRO commendatorum (a) alterum (post oleum scarabæorum) est unguentum hunc in modum conficiendum: „k. Olei violar. ʒij, asellorum in subterraneis & humidis locis degentium ʒj. (si mediocres sunt 100 aselli ut plurimum ʒj pendent); istos rufos indo oleo atque in vase terreo leviter coquo; tum addo ceræ albæ rec. ʒj, deinde colo, & exprimo in aquam frigidam, atque subactum bene, refrigeratumque resundo in usus. Si latent (varices) linamentum in formam glandis involutum isto oblitum suppono; atque splenium eodem indu, etum superaddo; si exterius prominent, unguentum in splenio superdare satis est. Deficcat hoc idem, discutitque magis, si una aut altera radix serpentariæ, vel ari decoraticati, & tusi oleo simul incoquatur. His ego magno ægrorum commodo uti soleo.“ Commendat idem P. BORELLUS (b) „ad haemorrhoides (inquiens) dolentes, & tumentes, tam internas, quam externas expertus sum saepius sequens Oleum, frigide admixtum“

(a) L. c. in præced. β.

(b) Hist. & obs. med. phys. Cent. I, Obs. 63.

„tum saepe in die, valde contulisse: accipe
 „insecta, quæ in locis humidis, & cellis vi-
 „nariis sub lignis, & lapidibus reperiuntur,
 „(Gallice cloportes dicta), leucophœa, con-
 „vexæ figuræ, multa collige, utpote ad 3iv,
 „ut & radices porri, seu barbam ad 3ij, olei
 „olivarum 3vj. Minutim incidentur insecta, &
 „radices, & cum oleo per horam bulliant,
 „cola, & utere. Si autem sint internæ, in-
 „tus infundatur oleum.“ Perinde c. F. PAUL-
 „LINI (a) „referente non nemo exquisitissi-
 „simos cœcarum hæmorrhoidum dolores de-
 „mulcebat secreto QUERCETANI, quod erant
 „millepedes in oleo nucum expresso in alem-
 „bicu positi, factaque legitima digestione
 „oleum elicitur. Si spes eum fecellisset, ad
 „manum erat εποσιόν NEBELIANUM (b) ex
 „polline gypsi, cum butyro cocto cancrino.“

d. Cineratum seu oleum cineribus remix-
 tum, namque referente P. FORESTO (c) „ma-
 „trona . . . prolifica . . . in puerperio dolo-
 „ribus hæmorrhoidum fere semper valde affi-
 „ci solebat, quæ cum multis frustra remediis
 „tentatis a dolore minime liberari posset, tan-
 „dem consultum fuit, ut suberem lignum . . .

(a) De ther. coel. I. c. §. 7. p. 238.

(b) Vide præced. b) β.

(c) L. c. Obs. 5. secundum No. 3. A.H. (d)

„combureret, & cinerem ejusdem cum vitello
„ovi, & oleo rosaceo linimenti instar simul
„commisceret: quo remedio ... dolores ha-
„morrhoidum miraculo quodam semper sed-
„bat.“

e. Ferratum. A. HAEN (a) ipse hæmorrhoidarius „juvenis olim (ait) ex his do-
„loribus sæpe incepi animo linqui, fuit enim
„mihi malum frequentissimum. Sebum can-
„delarum fusum, & intrusum ano, sebum idem
„parvo siphone injectum ... ex optimis re-
„mediis sunt; semper levamen inde habui...
„sed quo infinitis in mea praxi profui, est
„oleum chalibatum opificum, qui chalibeis
„instrumentis conficiundis vixum quæritant.
„Habent hi, annos dum sunt, idem oleum,
„quod ante 20. 30. 40. annos habuere, cui
„de tempore in tempus aliquid novi olei ad-
„dunt. In hoc millies extinctum ferrum aut
„chalybs est, & dat remedium incomparabile
„ad hæmorrhoides cœcas dolentes, & tumi-
„das percurandas.“ Memini HAENIUM, no-
„bis dicere, dolorem ab hoc oleo ferrato ve-
„lut ab incantamento desisse. Videtur desum-
ta res ab N. CHESNEAU (b) pharmacopæi cu-
jusdam remedium familiare describente: R.
Li-

(a) Praelect. cit. T. 5. ad §. 1236. p. 373. sq.

(b) Obs. med. append. in alphabeto remediior.
p. 111. 542.

Liquoris nigri defluentis ex brachiis æris campani muro affixis q. s. ducatur in mortario plumbeo longo tempore; statim dolorem sedat. His vero non male quandoque substitui potest miscela ex *axungia cum colcothari*; nam teste **I. AGRICOLA** (a) terra *oli dulcis*, „addita unguentis intolerabilem hæmorrhoidum dolorem certo experimento tollit.

§. CXXVII.

B. *Anodyna paregorica, narcotica;* quæ plerumque cum emollientibus juncta adhibentur ad cruciatus promptius leniendos. Utistatissima hic sunt.

I. Opium. (b).

2. *Hyosciamus*, cuius folia cataplasmatibus emollientibus vulgo adduntur, qualia commendat **G. E. HAMBERGERUS** (c) ex speciebus emollientibus, croco, & foliis hyosciami, cum lacte parata.

3. Bellid-

(a) L. c. p. m. 520.

(b) Hujus usui, deinceps forsan adscribendo, vacuam paginam reliquit defunctus **Auctor**, in volumine manu propria scripto: neque quid haec super re notatum dare voluerit, inter alias Viri cl. chartas invenio.

(c) Diss. cit. §. 54.

3. *Belladonnæ baccæ* in oleo olivarum infusæ, quo oleo adhibito c. OFFREDUS (a) referunt pueros 3 & 4. annorum ex hæmorrhoidibus graviter laborantes, quorum seniori cum summo dolore specie fungi extabant, a dolore fuisse liberatos.

4. *Solanum nigrum*. I. BINNINGERI (b), matrona quædam annorum aliquot supra 60, hæmorrhoidibus cœcis tumidis, & valde dolorificis laborans aliquot præscripta remedia observaverat, sed successu levi: tandem solanum officinarum recens, & contusum ubi admovisset, statim subsederunt sublato dolore.¹⁵¹³¹⁰⁹⁰

5. *Momordica*. „Probata hic & momordica, inquit M. ETTMÜLLERUS (c), cuius fructus, sive poma spinosa, & rubicunda in oleo communi vel lini, vel (quod melius est) in oleo amygdalarum dulcium infusa dant nobile o'icum, in specie ad hæmorrhoides cœcas optimum. In muliere quadam, quæ ex mensibus imminutis dolore hæmorrhoidum affiebatur, feliciter hujus tentavi

ex-

~~SA .nigoi mudiogitum be .eztoloh mudiomba~~

(a) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 9. Obs. 178.

(b) Obs. & cur. med. Cent. 4. Obs. 58.

(c) Prax. special. L. 1. S. 9. C. 3. art. 4. Opp. T. 2. P. 1. p. 149.

„experimentum.“ Haud secius M. I. WITI-
CHIUS (*a*) testatur, se vidisse dolores hæmo-
rrhoidum ab hoc oleo cito sublatos.

6. *Scrophularia*. Hujus jam alibi (*b*)
mentio facta, & deinceps etiam in formulis
passim occurret.

7. *Linaria* denique, planta omnium hic
celebratissima quondam, hodie non perinde.
Arcanam eam sibi sua ætate habuit I. WOL-
FIUS amicus G. HORSTII (*c*), donec promisso
quotannis bove saginato illam Hassiæ Principi
non modo ostendit, sed ejus etiam ab esula
discrimen hocce docuit versiculo:

Esula laetescit; sine laete linaria crescit.
Unguentum de linaria dictum ita conficitur:

R. Herb. linariæ cum florib. M. j ii. cum
Axung. suill. q. s. contulos coque in
linimentum, expresso, & parum-
per refrigerato adde
Vitellum ovi. M.

Quod ope lanae vel bombacis loco dolen-
ti admotum dolores ad miraculum sopit. At

(*a*) Consil. med. 79. p. 634.

(*b*) Vide §. 81.

(*c*) Obs. med. P. I. L. 4. Obs. 42.

W. HÖFERUS (a) „mallem ego (ait), confice-
 „retur e floribus tantum; sic magis esset ano-
 „dynum: hoc ego hæmorrhoidibus dolenti-
 „bus in momento quasi medebar . . . Comi-
 „tis . . . cum præ dolore & tumore earum
 „vix stare, nedum incedere vel sedere posset,
 „præter plures alios.“ Et N. CHESNEAU (b)
 „quidam (inquit) medicus Massiliensis fratrem
 „conjugis curans ab hæmorrhoidibus, non
 „inveniens anodynum, audita vii prædicti
 „unquenti in doloribus hæmorrhoidum de-
 „mulcendis, rogavit unum ex censanguineis,
 „ut tantillum a me peteret; cuius applicati-
 „one maxime levatus est, sicut & omnes,
 „qui in posterum usi sunt. Hoc unguentum
 „semper apud me servatur sine vitello ovi,
 „de quo recenti ex ovo extracto tantum im-
 „pono applicationis tempore, quantum un-
 „guenti quantitas requiret. Nunquam rerum
 „usu simile inveni anodynum in externarum
 „hæmorrhoidum dolore sedando; licet variis
 „usus fuerim, quæ habentur descripta.“ Et
 vero in se ipso efficaciam illius V. RIEDLI-
 „NUS (c) expertus est, & B. VERZASCHA (d)
 mercatori 40 annorum acerbissimum hæmo-
 rrhoi-

(a) Hercul. med. L. 3. C. 5. p. m. 195.

(b) Obs. med. L. 3. C. 12. Obs. 2. p. m. 346.

(c) Obs. med. Cent. 1. Obs. 61.

(d) Obs. med. 21.

r rhoidum dolorem passo, cum post brachii phlebotomiā, emulsumque datum, frustra situm quemdam anodynū applicuisset, unguento tandem linariē omnem dolorem miraculi instar abegerat. Sæpius illud etiam I. STORCH (a) optato cum effectu adhibuit. Mirum proinde, cur G. E. STAHLIUS (b) hoc remedium elevet dicens: „nonnulli medici „commendant præsertim unguentum de linaria, ac linariam ipsam ut præstans remedium; „at mehercule neutrum voto satisfacit, nisi „forte in hæmorrhoidibus jam ulcerosis vel „ulcerationi proximis.“ In eandem fere sententiam loquitur discipulus ejus M. ALBERTI (c): „unguentum de linaria, quod vulgo ad „cœcas hæmorrhoides commendatur, non „ita facile adhiberi debet, quia affectum fa- scilius exacerbat: potest vero hoc unguentum „temperari cum oleo lilio. albor., & ovorum, „satque cum tantillo camphoræ combinari, & mo- derate ad affecta loca adhiberi. Ceterum hoc „unguentum de linaria paulo majorē & secu- riorem utilitatem exhibet, quando hæmorrhoi- des cœcae in ulcerosum statum degenerare vi- dentur, aut jam actu humorem & ichorem pro- fundere inchoant, ubi cum tantillo olei „ovorum, & camphoræ remixtum efficacius „abstergit. Interea experientia attenta & pru- dens

(a) Quinquepart. præct. T. I. p. 200. 254.

(b) Colleg. casuāl. magn. Casu. 16. p. 195.

(c) Diff. de hæmorrhoidib. cœcis §. 26.

„dens testabitur, quod indiscretus linariæ usus
 „haud miracula ralia exhibeat, quo HARTMAN-
 „NUS (a) HORFER (b) HORSTIUS (c) SACHSIUS
 „(d) provocant.“ Verum quoisque pro linariæ
 efficacia numerosi successus loquentur, contra
 quos STAHLIANI nil nisi verba attulerint, li-
 nariæ tamdiu laus perstabit.

§. CXXVIII.

Discutientia porro ad tumentes tan-
 tum, vel etiam simul dolentes hæmorrhoides
 iisdem cum cautelis & iisdem sub indicatio-
 nibus adhibentur, prout illa in *alio* quovis
 rumorum genere usurpantur, idque forma va-
 poris, fumi, fotus, litus, cerati, &c. Vul-
 go facculi discutientibus plantis repleti ano
 admoventur, vel siccii, vel ex incoctione in
 cataplasmati formam redacti, quales com-
 mendat HAMBERGERUS (e) „ex floribus cha-
 „momillæ, herb. scordii. absinthii, & cam-
 „phor. præpar. Cum vero multi siccum calo-
 „rem propter dolorum exacerbationem per-
 „ferre nequeant, melius est cataplasma . . .
 „admoveare.“ Ex amplissima vero discutien-
 tum prosapia ceteris palmam, pro varietate
 adjunctorum præripiunt.

I. Ca-

(a) Prax. chymiat. p. m. 203.

(b) L. c.

(c) L. c.

(d) Gammatalog.

(e) Diff. cit. §. cit.

1. *Calor siccus* I. P. LOTICHII (a) „ju-
„venis . . . narrabat . . . potissimum leva-
„men sibi fuisse, sicubi fumum vel calorem e-
„prunis candardibus illa parte, qua alvum
„exonerare solemus, exceptisset“ in hæmo-
rrhoidum cruciatibus vix ferendis. Multum
etiam Servita RHODII (b) a lamina candente
cominus varicibus admota opis tulit, quo
artificio etiam HIPPOCRATEM usum dicetur (c).

2. *Fumi medicati, præsertim viroſi, vel
aromatici, ac vel maxime*

a) *Terebinthinae*, quo fumo prolapsum
ani sub dejectione contingentem, doloresque
augentem in se ipso M. GERBEZIUS (d) minue-
bat. Neque dubium est, id ipsum a mastiche,
myrrha, &c. obtineri posse; sed mirabile est,
quod narrat I. D. MAIOR (e), theologum quem-
dam hæmorrhoidum fluxui a levi zelo, vini
hauitulo, voce, vel motu corporis concita-
tore reverti solito obnoxium huncce solo
myrræ naribus perceptæ odore cohibusse.

b) *Un-*

(a) L. c. (vide §. 124).

(b) Vide §. 137. Nro. I.

(c) Ibidem.

(d) L. c. (vide §. 84. c).

(e) Misc. nat. cur. dec. I. ann. 3. Obs. 236.

b) *Ungulæ equinæ*, quo proquæstorem
a nimio hæmorrhoidum fluxu ad omnia re-
belli, ubi ex consilio rustici ano admissus est,
fuisse liberatum I. L. HANDEMANNUS (a) per-
hibet.

c) *Uteri raiæ piscis*. „Ab aliquot an-
„nis, ait M. ALBERTI (b), inter Belgas innotuit
„concrementum illud tunicaceum, quod de
„piscis raja provenit, & a quibusdam pro
„utero hujus piscis habetur (licet N. STENO
„(c) huic sententia repugnet); quamquam hic
„piscis jam ARISTOTELI, ALDROVANDO,
„RONDELETIO, GESNERO, & JONSTONIO
„cognitus fuerit, cuius concrementi usum con-
„tra dolentes, furentes & cœcas hæmorrhoides
„cum multo fructu & levamine experti fue-
„rant, ut propterea ab illis temporibus tan-
„quam specificum contra hæmorrhoides cœ-
„cas externe adhibendum laudatum prostet...
„Applicatur vero tale concrementum in forma
„suffumigii, ita ut vapor dolentibus parti-
„bus admittatur, sed requirit etiam hoc spe-
„cificum dexterum artificem, si enim non mox
„in initiis adhibetur, tunc magis nocet; quam
„prodest; siquidem effectus illius reprimens
„deinde

(a) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 5. Obs. 130.

(b) Diff. cit. §. 25.

(c) Epist. ad RISON. de anatome Raja.

„deinde statim sanguinis magis obfirmat, &
 „affectum intrastabiliorem reddit: cuiusmodi
 „exempla (Auctori) constant de infelici, &
 „serius suscepta applicatione murium horum
 „marinorum.“ Primus hujus remedii laudes
 peculiari scripto edidit c. m. SPENERUS (a).
 Semel periculum ejus fecit Neosolii c. o.
 MOLLERUS (b): „hocce autumno (refert ille)
 „occasione nactus sum non ita dudum ab-
 „hinc innotescens concrementum marinum,
 „quod mures marinos vocant, in doloribus
 „hæmorrhoidum cœcarum experiundi, dum
 „in viro 40 annis majori, temperamenti phle-
 „gmatico - sanguinei, vehementer iisdem la-
 „borante, hos mures marinos, sub forma
 „suffumigii adhiberi sivi cum notabili effectu
 „discussorio, & mitigatorio.“ STAHLIUS (c)
 quoque curiositate ductus aliquoties vim hu-
 jus remedii tentavit, optato saepius, at non
 semper, cum successu; nec ocyus etiam pro-
 fuit. In ipsis etiam ulcerosis hæmorrhoidi-
 bus efficax inde levamen observavit.

d)

(a) Epist. ad M. B. VALENTIN. de novo hæ-
 morrhoid. cœcar. remedio. murib. se. ma-
 rinis, &c. 4to Amstelod. 1700.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 6. A. 1748. Novembr.
 d. 4. art. 5. §. 3. p. 1871.

(c) L. c,

d) *Testæ testudinis.* „Ad hæmorrhoidas
„testudinis testa suffita bene facit“ inquit
GALenus, aut quisquis ille auctor sit libelli
de medicamentis facile parabilibus (a).

3. *Aceti vapor,* in quo igniti silices ex-
stincti sunt, in duris hæmorrhoidibus emol-
liendis RIVERII (b) monacho est adhibitus.

4. *Vinum.* „Nullum forte euporistum
„præstantius excogitari potest vino tepido,
„quo crebro foveri debet pars affecta“ teste
I. LIEUTAUD (c).

5. V quoque egregiam hic opem præ-
stat, non in cœcis modo; sed immodice
eriam fluentibus isque vel simplex, vel aliis
junctus.

a) *Rectificatus simplex calide ano ad-*
motus immodicum hæmorrhoidum fluxum co-
hibet. G. HARRIS (d) meminit viduæ graci-
lis, ac biliosæ, cui, postquam noctu repente
intra paucas horas plus quam 4 **lb** sanguinis
per hæmorrhoides amisisset, prostratis viribus
facro viatico munitæ, tanquam ocyus mori-
turæ,

(a) L. 3. Nro 153.

(b) Vide histor. 4.

(c) L. c. p. 393.

(d) De morbis aliquot graviorib. Obs. 10.

turæ, panni calido V rectificato imbuti alius ex alio ad anum applicati hæmorrhagiam sine ullo alio remedio compescuerunt. Praefert autem V calidum frigido, quod vapor ejus anno resorptus internam quoque hæmorrhagiam cohibere queat.

b) *Ficus* in V maceratae eoque desuper accenso post deflagrationem applicatae. Refert v. RIEDLINUS (a) tenerimam feminam, crassi-ori quandoque diætæ indulgentem, & ab aliquot annis hæmorrhoidum fluxui sine molestia obnoxiam, acuto tandem dolore mæsicularum fuisse prehensam, quem nec varia interna, nec vicina scarificatio, nec hirudines, nec mucilaginiæ, aliaque euporista per bimestre lenire poterant, donec ægra ipsa HOHBERGII georgica legens in remedium incidisset, scilicet & ficus per medium sectas, in V injectas, hocque desuper accenso, & combusto calidas adhuc loco affecto applicuit, eo cum succellu, ut dolor omnis brevi conqueverit.

c) *Album græcum* cum V Rhenano in linimentum redactum; I. STORCHII euporistæ, crebra ejus experientia probatum. Feminæ (b) tuberculis hæmorrhoidalibus diu jam

(a) Lin. med. ann. I. Decembr. 28. p. 459. sqq.

(b) Obs. clin. ann. I. Maji d. 4. Nro. 13. p. 128.

afflictæ linimento hocce apposito illa feliciter discussit. Perinde (a) melancholicus 40 annorum tuberculum hæmorrhoidale cum intolerabili dolore nactus post incassum adhibitum unguentum de linaria eodem hoc euporistò levabatur. Eundem res etiam successum habuit, in alio viro malum idem passo (b) tum gravida (c), binisque puerperis (d). Commendat etiam P. G. WERLHOF (e) hoc ipsum euporiston; quippe quod experientiæ respondeat; quidquid stercorum osores contra dixerint.

6. *Saliva* quoque tuberculis hæmorrhoidum illita illa G. W. WEDELII (f) experientio curat: „novimus (ait ille) extuberantium hæmorrhoidum tubercula salivæ jejuniæ ægri ipsius inunctione fuisse coercita (g).

7. *Sæa humana*. „Pistor, ait I. LAZONUS (h) „A. 1685, sc. frequenter laborasse
hæ-

(a) Ibid. Decembr. d. 4. Nro. 5. p. 281.

(b) Ibid. Julii d. 4. Nro. 2. p. 171.

(c) Von Krankh. der Weiber. 3. Band. Caf. 16. p. 133.

(d) Ibid. 5. Band. Cafu 23. p. 357. sqq.

(e) L. c. p. m. 132.

(f) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 1. Obs. 11.

(g) Ibid. dec. 2. ann. 6. Obs. 212.

(h) Aniadv. med. 90. opp. T. 3. p. 570.

„hæmorrhoidum dolore mihi narravit , pro-
„cidebant enim ipsæ ex ano , & inflammaban-
„tur , ipsumque semper usum fuisse magno
„cum levamine & juvamento . a propria ad
„partem affectam apposita ; quod ipsum olim
„docuit . . . Capucinus.“

8. *Pomi pulpa, succus.* I. H. LANGE (a) in dolentissimis hæmorrhoidibus cœcis com-
mendat „pulmentum ex malis acidulis , &
vino rubro „(vulgo Pontack) coctum , quod
„ope lintei repetitis vicibus ano impositum
„citum præstat levamen.“ Videtur hoc re-
medium desumtum esse ex N. CHESNEAU (b) ,
qui refert Episcopum atroci hæmorrhoidum
dolore vexatum , non invento anodynō tan-
dem a chirurgo sequenti pomata (quam 10
aureis nummis compensavit) egregie fuisse
levatum ;

R. Butyri rec. in vino albo cocti
Sebi ex semi candela 22
Pomi rasi No j. coqu. omnia in
▽æ rosar. q. s. & F. pomata. Coletur
& exprimatur.

9. *Chelidonium minus de quo superius
jam actum est (c).*

10.

(a) Miscellæ veritates , de rebus medicis. p. 7.

(b) L. c. L. 3. C. II. Obs. 3. p. m. 346.

(c) Vide §. 86.

10. *Cœpa* sub cineribus assa. „Externe
„discussionem adjuvat, inquiunt Vratislavienses
„(a), ac dolores sopit cataplasma ex cœpis
„sub cineribus assatis ac oleo ovorum re-
„centi.“ Et vero M. GERBEZ (b), dum viro
„hæmorrhoidum fluxui obnoxio venæ hæmo-
„rrhoidales cum intolerabili dolore intumue-
„rant, suaserat, ut cœpam conseissam cum
„mica panis albi decoquerent ei ministrantes,
„adjecerent ad finem aliquid croci, & vitellum
„unius ovi, atque omnia invicem in cata-
„plasma conquaßarent, partique affectæ lino
„carpto exceptum calide admoverent, fota
„prius utcunque diu parte affecta, lacte herb.
„malv., alth., melil., linar., fl. Verbasc.,
„sem. lini, psyllii & althææ per decoctionem
„alterato. Et convaluit intra biduum, fru-
„stra antea diversis sibi a chirurgo suasis tra-
„ctatus.“

11. *Olea varia, ac præprimis*

a) *Mustela fluvialis* DÜRENIO apud s.
BLANCARDUM (c) æger quidam retulit, se in-
ternas hæmorrhoides, quas sæpe patiebatur,
non aliter compescere potuisse, quam instil-
lato

(a) Histor. morbor. Vratisl. I. e.

(b) Chronol. med. pract. ann. I. §. 85. p. 77. sq.

(c) Collectan. med. phys. Cent. 4. Obs. 78.

lato in intestinum rectum oleo ex hepate mustelæ fluv. obtento.

b) *Jupineri* G. G. LEIBNIZ (a) „dolores in ano ab haemorrhoidibus . . . sopire licebit (air) oleo juniperi per retortam igne aperto lege artis propulsio atra prius per infundibulum separato. Si haemorrhoides sint externæ, oleo eodem pennæ operantur singulis 4 horis, si internæ sint, madefiant eodem, cuius quantum 4am partem cochlearis impletat, ad instar enematis injici satis erit: ita intra bihorium cessabit dolor, & haemorrhoides flaccescent, ut alio remedio non sit opus. Hoc remedium comunicavit D. GATELIER insignis artista, quo COLBERTUS ob peritiam utebatur.“ Sed A. F. LOEFFLERI (a) ægris non ferendum causavit cruciatum.

c) *Buxi* ope linteoli tepide admotum, de quo R. FONSECA (b) : „oleum buxi . . . sicuti dentium dolores quosvis ad miraculum usque sedat, ita & reliquos dolores, & præfertim hunc haemorrhoidalem sedare solet, „si

(a) Relat. de novo antidyfenterico Americano in Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 3. app. Nro 1. p. 19.

(b) Beyträge zur Wundarztl. I. B. p. 380.

(b) Consult. med. T. I. Conf. 27. p. m. 184.

„si illius gtt. j. supra hæmorrhoides apponatur, cum stilo gossypio involuto; item si cum oleo seminum lini misceatur, ut ad ʒ ȝ, prædicti olei ȝj olei buxini misceatur.“

d) *Aurantiorum. AMATUS* (a) „qui ab hæmorrhoidum dolore (inquit) graviter cruentabatur, post multa, & varia a medicis tentata præsidia hoc remedio a nobis præsentato usus fuit, & brevi ab illo infestissimo dolore liber evasit. . . R. Ȑ pomum, & id cultro excava, in quo oleum rosaceum, & pseudonardi, lavendulæ dictæ semina infunde, & ad cineres calidos admove, & calidum applica, & sæpe innova; est enim mirum.“ Huc etiam referri debet,

e) *Balsamus Ȑ terebinthinatus.* R. FONSECA (b) „unum tamen (ait) præ ceteris tanquam secretum propono, & experientia comprobatum, quod appellant chymici balsamum Ȑ, in quo pessulæ intingantur, & applicentur tepide loco affecto. Fit autem balsamus Ȑ ex floribus illius cum terebinthinæ Ȑ. Quodsi . . . balsamum Ȑ non reperiatur, misceantur flores Ȑ cum terebinthina multoties in Ȑa rosacea lota, & loco balsami Ȑ imponatur.“ M. RULAN-

pus

(a) L. c. Cent. 3. curat. 6.
(b) L. c.

DUS (a) Jesuitam refert atroci hæmorrhoidum dolore cruciatum, qui post varia alia incalsum tentata illitis sæpe, maxime post excretionem, tuberculis calide statim a dolore convaluit. „Nam valet (ait) hoc balsamum „certo in hoc vitio, nec unquam fallit, ut „experimenta innumera edocebunt.“ Meminit (b) & pistoris ad 50 annos nati cœcis hæmorrhoidibus vehementer dolentibus, & ani prolapsu divexati, cui in 8 dies m. & v. infessum imperavit ex o crudi ſvj. in aqua pluvia chalibeta decoctis, ac 3to quovis die innovandum ~~eyuariuſa~~; ante infessum dígito anum reponebat, & post balneum hæmorrhoides balsamo + inungebat. Sic intra 8 dies pulso dolore, & ano haud amplius elapſo, convaluit. Haud secius p. GRÜLINGIUS (c) Pastori cuidam sæpius per annum, præfertim circa autumnum dolores hæmorrhoidum cœcarum pati solito actutum abegit illito calide iis hoc ipso balsamo, eodemque litu pharmacopœum quemdam ab acerbo id genus dolore e vestigio liberavit. Hujus quoque loci est.

Ver

(a) Curat. empyr. Cent. 1. cur. 87.

(b) Ibidem cur. 86.

(c) Observ. & cur. med. Cent. 6. Obs. 26. Cent. 7. Obs. 28.

Vernix pictorum, remedium notante
MAYERNIO apud I. ALLEN (a) singulare in
curandis hæmorrhoidibus tam cœcis; quam
apertis. Quodsi in aperitis cuti nimis tena-
citer adhæserit, oleum rosarum addendum
est. Hujus usu sanatus fertur a muliere CA-
ROLUS v. cum nulla ope curari posset. Paratur
autem Vernix ex olei lini ʒij, terebinth.
venet ʒjv, sandarac. puriss. sive gummi juni-
peri ʒij. Liquantur lento igne, &c.

12. *Mercurialia* etiam (præsertim cum
acidis mineralibus parata) hic sœpe admodum
sunt proficia. Sane R. D. FALCK (b) inter
topicas ad cœcas hæmorrhoides inflatas di-
scutiendas, doloresque sopiendos nullum ef-
ficacius expertus est suo unguento mercuriali,
quo non modo tumor minuebatur, sed etiam
dolor fere in momento profigabatur; & cu-
jus continuato usu in compluribus hæmo-
rrhoïdes cœcæ annosæ prorsus evanuere.
Paratur:

R.

(a) Synops. univers. med. præf. C. 12. art.
1267.

(b) Von dem Quecksilber u. dessen Kräften
bey verschiedenen Krankheiten. 3te Ab-
theil. p. 124. sqq.

TRNKA Hist. Hæmor. Vol. II. S

Rasur. stanni opt.

$\frac{1}{2}$ ii vivi $\frac{1}{2}$ 3ij. F. amalgama, adde

$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ rubr. subtil. pulveris. 3ij.

Pomat. rosar. 3j.

$\frac{1}{2}$ still. menthæ piperit. gtt. xx. M.

& illitum linteo carpto tumori applica.

13. *Saturnina* denique, quod leniter
adstringendo inflammationem discutiant, do-
loremque leniant, hic summi sunt usus,
ut est extractum $\frac{1}{2}$ hni, acetum lithargyrii,
aqua vegeto-mineralis, unguentum nutritum,
emplastrum diapompholygos, &c. Sic „vir
„sexagenarius melancholico, & atrabiliario
„temperamento præditus, dolore hæmorrhoi-
„dum molesto conflictabatur cum tumore, &
„inflammatione partis, qui multis remediiis
„non cessaret. L. RIVERIUS (a) præscriptis
„fotum ex aqua rosarum, in cuius 3vj \ominus
„ $\frac{1}{2}$ hni 3j dissolvebatur, qui fotus pluries in
„die iterabatur; postmodum vero cataplasma
„admotum est, ex coepa alba sub cineribus
„cocta, & cum butyro subacta partibus æqua-
„libus. Intra biduum inflammatio sedata est,
„& tumor magna ex parte resolutus.“ GOU-
„LARD (b) in hæmorrhoidibus externis juxta

ac

(a) Obs. med. Cent. 4. Obs. 58.

(b) Traité sur les Effets des Préparations de
Plomb. Chap. 10. p. 229.

ac internis duo plumbata remedia utilissime adhibuit, nimirum lavamentum ex aqua vegeto-minerali, ac dein suum ceratum Saturninum. In externis, ubi præmissum enema fuerit egestum, imperat sæpius per diem tuberculorum lotionem aqua vegeto-minerali, ac dein cerati sui applicationem, dicitque sibi hanc methodum usque adeo feliciter cefisse, ut si omnes casus prosperos colligeret, necessum foret, longissimam eorum contexere seriem. Auspicato etiam plumbata L.
HEISTERUS (a) sæpius adhibuit, præfertim in Ecclesiaste, Magnate, ac milite.

§. CXXIX.

D. *Styptica* in immodico fluxu cohíbendo, dum aut vasa stringendo crispando, aut sanguinem circa vasis cum fundentis hiatus in grumum, thrombumque cogendo ulteriore illius effluxum sistunt. Cujusmodi sunt.

1. *Calor* siccus intensior ignis vivi proprius vasa admoti, quippe qui vasa crispet, sanguinemque cogat. Huc proinde etiam calidissimi fumi pertinent, ut in fumo ex ungula equi superius (b) vidimus.

2. *Plane*

(a) Vide §. 84. b) & §. 49. Nro. I. 3.

(b) Vide §. præced. Nro. 2. b)

2, Plantæ variæ valida vi adstringente
 præditæ, vino rubro vel aqua ferrata, vel
 acetо decoctæ, & forma fotus, sacculi, tu-
 rundæ, infessus, &c. adhibitæ. Ita curatio
 „comperta mihi ipsi, inquit M. RULANDUS
 „(a) cum sèpenumero per multos dies imo
 „etiam menses gravi hæmorrhoidum venarum
 „fluore opprimor, adeo ut vires vacuatio-
 „nis hujus copia dejiciat, & pro sanguine
 „nigro, ac crasso ruber jam fluat. Sisto autem
 „hunc fluxum adaptando crebro alternos
 „sacculos calidos ex rubro panno, & contu-
 „sis glandibus, vel quercinis foliis in forti
 „acetо multum decoctis factos, quibus ocyus
 „fluor consistit.“ Sèpius etiam hoc ipso re-
 medio p. GRÜLINGIUS eodem cum successu
 utebatur. Sic (b) „polyographus . . . affi-
 „ciebatur singulis annis quater vel pluries
 „hæmorrhoidibus prætermodum fluentibus,
 „quem curavi (inquit) sacculo pleno glandibus,
 „& foliis quercuum cocto in forti acetо, &
 „imposito ano: quo remedio sisto . . . om-
 „nes hæmorrhoides præter modum fluentes“
 FRÖMMANNUS (c) autem civem quemdam eo
 fluxu corruptum feliciter restituit sequenti re-
 medio:

Rx.

(a) L. c. Cent. 1. curat. 7.

(b) Obs. &c. curat. med. Cent. 7. Obs. 27.

(c) L. c. P. 2. Probl. 16. Nro. 3. p. 305.

R. Rad. tormentill.

— bistortæ $\frac{vii}{ii}$ 3ij.

Folior. quercus

— millefol.

— plantag. $\frac{vii}{ii}$ M. j. Coqu. in

∇ a chalibeata &

Vini austeri æqualib. partib.

„Hoc decocto spongia imbuatur, & frigide
„vel tepide applicetur.“ Utilis quoque hic
est herba dicta *centinodia* seu *polygonum*
mas, de qua L. DURETUS (a) „memini (ait)
„me medicinam fecisse monacho cuidam, qui
„factus fuerat *ὑπεχλωγός* ex profusione sanguini-
„nis, unde fere in hydropem inciderat;
„erant illi (haemorrhoides) inaspectabiles.
„Jussi, insideret in pulvinar ex centinodia, quæ
„mirifice valet, ex præscripto HIPPOCRATIS
„dedi vinum subausterum: quievit profluvinum,
„& sanatus est.“

3. Colcothar \oplus li, quod MORGAGNIUS
(b) in profluvio haemorrhoidalí ut admodum
efficax proponit, namque „ubi . . . hoc ni-
mis urget, VALSALVA . . . tria præ ceteris
laudabat, a quibus videlicet acciderat, ut
„mirabiles effectus videret: primum theriaca

recen-

(a) In HOLLER. de morb. intern. Ichol. ad C.
55. p. m. 581.

(b) L. c. Nro. 12.

„recenti pondere 6 circiter drachmarum, ad-
 „miftis 4 aut 6 etiam in magno fluxu opii
 „granis, regionem umbilicalem linire; alte-
 „rum ♂lum in ♀em redactum, quod chy-
 „mici appellant colcothar, parti, unde san-
 „guis profluit, adhibere, tertium curare, ut
 „æger imum intestinum extrorsum premat, si
 „forte (ut nonnunquam accidit) apertum va-
 „sis sanguiferi foramen in conspectum veniat:
 „tunc autem ♂li frustulum (sicut hæmatitem
 „pictores solent) in extrema quapiam fistula
 „aptatum ei foramini tantisper apprimere,
 „dum crustam inducat. Hoc autem, quo pro-
 „ponebat ordine, aliud post aliud adhiberi
 „volebat, ubi nimirum priora non respondis-
 „sent.“ Verum etiam sine infricta theriaca
 colcothar. J. HRÜRNIO (a) suffecerat: „cui-
 „dam (narrat ifste) mediæ ætatis nimia præ-
 „cipitatione fundebantur hæmorrhoides. Cum
 „medici, & chymici cuncta tentassent, nec
 „sufficerent, jussi, ut una intacta reliqua
 „tangerentur colcothare (ita appellant crassa-
 „mentum illud a ♂li olei destillatione re-
 „lictum) illico constituit. Vivit“. In idem fere
 cadit

4. *Atramentum.* Quidam „Vir ... post
 „applicationem hirudinum cum fluxum san-
 „guinis patiebatur, qui nullis remedii cede-
 „bat,

(a) In HIPPOCR. Sect. 6. aph. 12.

„bat, & jam virium succedebat exsolutio.
 „Cum D. PUERARIUS (a) rogatus . . . pilos
 „leporis concisos plurimo atramento imbutos
 „applicari, & intrudi jussit, quo remedio sta-
 „tim suppressa fuit illa sanguinis profusio.“

5. V rectificatus calide admotus ut
 superius (b) vidimus; quod & vasa crispando
 & sanguinem in exitu suo cogendo fluxum
 ulteriore compescat.

§. CXXX.

E. Reserantia in fluxu indicato, sed dif-
 ficulter succedente, seu ob crassitatem tunicarum
 in vasis referandis, seu ob nisum sanguinis
 in hæc vasa insufficientem. Quæ tunicas
 vasorum extenuant, hæc alibi (c) jam sunt
 memorata; quæ autem nisum sanguinis in hæc
 vasa adaugent, sunt ut plurimum acriora,
 cathartica præfertim remedia, ani vasis ad-
 mota, cujusmodi sunt.

1. *Colocynthidis pulpa*, quæ si 1.
 HOLLERIO (d) teste „convenienti oleo im-
 mer-

(a) In T. BURNETTI thes. medic. præst. T. 2.
 L. 8, S. 5, subsect. 7. p. m. 45.

(b) Vide §. 128. Nro. 5.

(c) Vide §. 123. sqq.

(d) L. c. C. 55. p. m. 570.

„mergitur, ano alligatur, 5 horarum spatio
„aperit.“

2. *Cyclaminis succus*, qui GALENO (a) perhibente „hæmorrhoides referat, violenter-
„que ad secessum provocat in crocyde sine
„floccis appositus.“

3. *Cœpæ quoque ad proritandum hæ-
morrhoidum fluxum faciunt GALENO (b) te-
ste: „cœpa . . . hæmorrhoides (ait ille)
„aperit tum apposita, tum aceto inuncta.“
STOCKERUS (c) commendat sequens cata-
plasma:*

R. Allii spicas No jv.
Cœpas No ij. Incorporentur cum
Farina lupinorum &
Aceto fortissimo pauco. F. catapl.

Ponatur super hæmorrhoides, statim aperi-
untur.

4. *Bilis taurina*, qua occlusas aperiri
hæmorrhoides GALENUS (d) notat, quod eo
etiam certius obtinetur ab illa cum prius di-
ctis

(a) De simpl. medicam. facult. Lib. 7.

(b) Ibidem.

(c) Prax. med. Cap. 70.

(d) L. c. Lib. 10.

*Etis applicata. Sic „GALENO, inquit R. SO-
„LENANDER (a), coepa cum aceto apposita; mi-
„hi vero coepa cum aliquo felle illita hæmo-
„rrhoides aperit. Colocynthiden, & aloen cum
„felle vel succo coepæ idem facere certum est.“*

§. CXXXI.

F. *Composita* denique ex hac tenus enumeratis, insuperque aliis simplicibus medicamentis dicenda supersunt, quibus diversi Auctores maxima encomia tribuerunt: hos inter est

I. N. BLEGNYI (b) linimentum:

E. Olei ovorum 3j.

— lateritii

Balsam $\frac{1}{2}$ is 33 3*fl. M.*

Profuit in sequenti gravissimo casu: vi-
dua post diurnas ob elatum virum lacrimas
corripitur acerrimo hæmorrhoidum dolore,
nullis remediis leniendo, crescente potius
inflammatione ac tumore ad pugni usque
molem. Applicato autem, nescio quo, em-
pyrico remedio, & dolor enormiter, & tu-
mor $\frac{1}{3}$ sui major increvit cum tanto simul in-
flam-

(a) L. c. p. 379.

(b) Zod. med. Gall. ann. i. Febr. Obs. 5. p. 47.

flammationis augmento, ut intra noctem gangræna denarii spatium occuparit. Cumque vulgaria remedia hic partim non satis efficacia, partim etiam nociva futura provide-rentur, tentavit Auctor modo descriptum li-nimentum eo cum successu, ut inflammatio eadem adhuc die pene evanuerit, subsede-ritque tumor, & gangrænæ progressus substi-terit, atque intra paucos dies remittente morbi atrocia, spatioque hebdomadæ mortuo a vivo secedente, ægra non multo post con-valuerit.

2. *Idem (a)* describit Cataplasma ad cœcas hæmorrhoides mirandi effectus:

R. Amyli ʒβ. Coqu. ad consist. glutinis in
 ▽æ rosar ʒvj, tum adde
 Cerussæ ʒj.
 Croci ʒβ.
 Alb. ovor. rec. No. iij. M. F. Cataplasma.
 post tres horas renovandum.

3. *Idem (b)* Unguentum mirabile vocat:

R. Olei rosacei omphacini ʒij
 Aceti stillat. ʒij cum soluta



(a) Ibid. Mart. Obs. 10. p. 68.

(b) Ibid. ann. 2. Julii Obs. II. p. 151.

⊖ hni 3j. subactis in formam nutriti
adde
Ψii præcip. rubr. subtil. triti 3jß. M.

4. CHABERTI (*a*) vir ab hæmorrhoidum
externarum pugnum magnarum atrocibus
doloribus altero die levabatur admotis bis
quotidie decocti chamom. ac meliloti in $\nabla\alpha$
 Ψ hij , in queis soluti erant Ψ ii subl. cor-
ros. 3ij, & applicatione lintei carpti eodem
liquore imbuti. Altero autem biduo plane
sublatæ sunt sequenti remedio ad prioris nor-
mannam adhibito :

R. $\nabla\alpha$ Ψ hij , solve
 Ψ ii subl. corros. 3ij, adde
V. 3jv. M.

5. M. ETTMULLERI (*b*) „femina ardorem,
„& dolorem insignem patiebatur hæmorrhoi-
„dum cœcarum, & cum recusasset hirudinum
„applicationem

R. Mucilag. sem. cyd. cum
Sperm. ran. extract. 3j.
 Ψ camphor. 3ij.
Sacch. hni 3j. M.

„Quo

(a) Observations de chirurg. prat. Obs. 28.
p. 72.

(b) Obs. med. 263, opp. T. 2, P. 2. p.

„Quo linteum probe illitum, & humectatum
 „applicetur crebrius . . . Alia femina patie-
 „batur dolorem, & tumorem hæmorrhoidum
 „cœcarum etiam extra partum, nec poterat
 „ferre pinguia & unduosa, quæ exasperabant
 „malum:

- R. Lap. calamin. 3j.
 Cerussæ 3j.
 V camphor. 3j.ß.
 ▽a plantag. 3j. M.

„Diluantur pro libitu cum spermate ranarum
 „veteri per se asservato, & applicetur linteis
 „multiplicatis. Egregie profuit.“

6. Idem (a) sequentia commendat:

- R. Balsam ♀ impr. c. oleo hyper. parati 3j.ß.
 Olei momord. 3j.
 — sem. pap. expr. 3j.ß.
 Sacchar. Ḥni 3j.
 Camphoræ gr. viij. M. F. linim.

„Camphoram (ait) non immerito addo, nam
 „mirabile est remedium ad hæmorrhoides do-
 „lentes, si ejus 3j. ad 3j. subigatur in ▽æ
 „malvæ vel rosar. 3j., & ita applicetur cum
 „linteis ad dolentes, & ardentes hæmorrhoi-
 „des, v. g.

R.

(a) Prax. special. l. c. p. 151.

R. $\nabla\alpha$ fl. verbas. vel. fœnic. $\frac{3}{2}$ j. Camph. oleo amygd. solutæ 3j. M. & cum „linteis duplicatis applicetur rimæ ani.“

7. l. HEISTERI (a) vir plethoricus 40 annorum, hæmorrhoidibus cœcis, obnoxius, cum aliquando triduum affligeretur obortis 5 tuberculis amplitudine thaleri serum olidum subcruentum exsudantibus, cum atroci dolore ardente, & vix incessum, sessionem, decubitumve concedente, ac vigiliis, Auctor imperata diæta tenui antiphlogistica præscripsit:

R. Lap. 69 citrat
 \square ri \odot lati $\frac{2}{3}$ 3ij.
 Cinnab. nativ.
 O. puri $\frac{2}{3}$ 3j. M.

S. m. v., & meridie 3ij ex $\nabla\alpha$ primulae veris; externe autem litum sequentem:

R. Olei amygd. dulc. $\frac{3}{2}$ j. Camph. gr. vj.
 Sach. \mathfrak{h} ni gr. iij. M.

Teratur probe in mortario plumbeo, & varices sæpius illinantur, foveanturque cataplasmate tepido crebro ex sequentibus:

R.

(a) Medic. chirurg. Wahrnehm. I. B. No. 208.

R. Herb. althææ Mij.

— malvæ

— hyosc.

Flor. Verbasci

— melilot.

— samb. 22. M. j. concis. coqu. in

Hydrogala ex æquis ▽æ, & lactis
partibus. Ab his æger brevi convaluit, &
sexta dein ter, quaterve quotannis vena, sub
permoderato vini (cujus appetens erat) usu
fensim a morbo plane immunis evasit. Simili
quoque medendi ratione curavit (a) mulierem
28 annorum ab tuberculo hæmorrhoidalí
juglandem magno, quod post ultimum puer-
perium obortum vehementes sæpe dolores,
& ardorem causabat; sexta enim in pede vena
datus ḡ temperans, & externe litus superior
cum sacculis ex fl. verbasci, linar., & cha-
mom. in lacte coctis imperatus malum sustu-
lit. Analogum casum jam alibi (b) quoque
ex illo deditimus.

8. F. HOFFMANNUS (c) pro hæmorrhoi-
dibus coecis consultus „ego saltem (ait) in
„tali casu egregiæ virtutis tam purificantis
„atque consolidantis ; quam etiam dolores
„sopientis deprehendi sequens unguentum :

Rx.

(a) Ibidem Nro. 268.

(b) Vide §. 84. c)

(c) Conf., & resp. med Cent. 2. Casu 24. Conf.
Med. rat. fyst. T. 4, P. 2, S. 2. C. 5. curat. §. 9.

R. Olei ex vitellis ovi recentib. ʒij.

— hyosciami ʒij.

Flor. Δ ʒii.

Extr. croci ʒj.

Camph. gr. vj. M. D.

9. I. LANZONUS (a) „hæmorrhoidalem
„fluxum, atque dolorem in muliere quadam
„quadragenaria fugavit hujus unguenti appli-
„catione :

R. Ungo. de linaria ʒj.

Adipis ranar. ʒβ.

Olei ovor. ʒjv.

— citri ʒj. M.

„Intingatur linteolum, & apponatur calidum
„loco dolenti.“

10. Idem (b) unguentum meum (ait),
„quo feliciter usus sum in praxi facienda,
„sequens erit:

R. Cœpæ sub cineribus coctæ ʒij.

Ungu. populeonis ʒj.

Olei lini ʒβ.

Vitellor. ovorum ʒij.

Θ ḥni ʒfati ʒj.

Extr,

(a) Citrolog P. 2. C. 3. Opp. T. 1. p. 339.

(b) Consult. med. 99. Opp. T. 2. p. 208.

Extr. opii ʒβ.

Adipis ranar. ʒij. M. F. liniment.

„S. a. & bene misceatur in mortario plumbeo.“ Et (a) „faber lignarius . . . anno rum 49 molesto hæmorrhoidum dolore affectus . . . brevi 2 dierum spatio sanatus est sola applicatione mei unguenti de cœpa.“

11. Idem (b) „religiosum novit, qui bal samo ♀ris in hoc affectu utitur; feminam, quæ oleo ovorum; puellum, qui adipem ranarum; & piscatorem, qui cœpam sub cineribus coctam adhibent. Judæum quemdam vidit, qui a longo tempore ab eo vexatus post varia præsidia tandem sequenti unguento sanatus est:

R. Unguenti rosat. malvin ʒj.

♀rii crudi ʒij.

♀ vivi ʒj.

Croci orient. gr. v. M. in mortario plumb. s. a.“

12. F. LOSSIUS (c) curandam habuit mulierem ætate florente, perquam obesam, gravissimis cœcarum hæmorrhoidum doloribus ob-

(a) Consult. med. 174. p. 352. sq.

(b) Misc. nat. cur. Cent. 5. Obs. 42.

(c) Obs. med. L. 3. Obs. 23.

obnoxiam, totas noctes insomnes causantibus, quæ post multa incassum tentata demum instar miraculi a dolore liberata est fotu thapsi barbari, & scrophulariæ in lacte coctorum, ac litu frequenti

R. Carnis bubulæ macræ ad prunas in
Olla ustæ, ut ēsari possit, 3ij.

Vitell. ovi. No. j.

Unqu. de Linar. 3jß.

— — althæa 3ß.

Olei amygd. dulc. q. s. M. F. linim,
gossippii ope admovendum. Idem etiam in
aliis ex voto cessit.

13. M. G. PURMANUS (*a*) ad hæmorrhoides dolentes isthoc usus est linimento:

R. Ungu. de lithargyrio cum

Olei amygd. dulc. facti 3ijß.

Tutiaæ ppt. 3ß.

Ē herb. silicis seu linar. 3ij. M. F.
linimentum ope linteoli vel gossippii applicandum.
Ubi unctuosa noles, pro unguento
lithargyrii sume mucilaginem cydoniorum.

14. H. REUNERI (*b*) „homini maximo
„dolore hæmorrhoidum laboranti optime con-
„tulit hoc linimentum

R.

(*a*) Chirurg. curios. P. 2. C. 20. p. 473.

(*b*) Obs. med. 89.

TRNKA Hist. Hem. Vol. II. T.

R. Pulpæ pomi sub cinerib. cocti ʒ.
Pingued. gallin. ʒ. β.
Ungu. popul. ʒ. β.
Croci ʒ. β.
Vitell. ovi. j. F. linimentum.

„A. GASSERUS feliciter utebatur pulpa pomi
cocti cum saccharo penidio.“

15. R. SORBAITII (a) cataplasma

R. Porrorum cum toto M. jv.
Micæ panis 1½. β. Coqu. in
Laete caprillo ad putilag. contundendo
in mortario, addo sub fine
Croci Austriaci ʒ. β. v. q. s. ad intensam
flavedinuem. M. F. Cataplasma, quod mira-
culi instar, uti sæpiissime probavimus, dolores
omnes tollit.

16. TILLINGIUS (b) literato cuipliam
sævissimos hæmorrhoidum dolores linimento
hocce protinus submovit:

R. Empl. diach. simpl. oleo chamom. molliti
Ungu. populeonis ʒ. ʒ. β.
Olei amygd. dulc.
— lilior. albor.

Olei

(a) Medic. pract. Tr. 1. C. 68. p. 420.

(b) Lib. de laudano opiate. p. 472.

Olei humbricor.

— verbasci ʒ 3ij.

Lapid. prunellæ ʒ 3ij.

Laudani opati gr. viij. M. F. linimen.

17. G. H. VELSCH (a) „rariſſimus (ait)
„affeſtus eſt fluxus hæmorrhoidum non ſan-
„guineus; ſed ichorodes, & quaſi ſuppura-
„tus: biſ omnino hunc obſervavimus, femel
„quidem in viro religioſo, qui ſponte ru-
„ptis haud parvam copiam purulentia excre-
„verat; linimento ex ʒe lap. Grumbacensis,
„tutiaꝝ pptæ, boli Armen. cum ung. de
„minio, & de ceruſſa curatus eſt.“

18. Vratislavienses (b) „in doloribus
„atrocib⁹ mitigandis ſpem (ajunt) noſtram
„non fecellit linimentum ex mucilagine ſem.
„pylli, ac cydon. cum ▽a Verbasci extraēta,
„oleo hyosciami, & vitello ovi . . . Inter
„dum ſumus etiam uſi ſequenti Unguento:

B. Unqu. ad hæmorrhoides.

— roſati ʒ 3ij.

— albi camphor. 3ij.

Sacch. ʒni in oleo lil. alb. ſolut. ʒ 3ij.

Olei hyosciami ʒ 3ij.

— verbasci

— momordicæ, ʒ 3ij. M. D.

(a) Obs. med. Hecatote 2. Obs. 98.

(b) Histor. morbor. Vratisl. A. 1702. p. m. 276.

19. C. L. WALTHERUS (*a*) multum fidebat miscelæ ex balsamo Δ terebinthinato cum balsamo Ḥni camphorato. Nobilis vir equitationi, saltui, pugilatui deditus, & obstructioni alvi obnoxius, ex nimiis nixibus in hæmorrhoides cœcas incidit, quas pro ani prolapsu habens frustra repositionem tentavit, imo multa pressione durities accessit, ac tumor tria in tubercula divisus est. Accitus Auctor applicuit sœpe calida linteola oleo de 7. florib. MYSICHTI imbuta, simulque vaporem ex herbis emollientibus vino incoctis; alvum enemate referavit: interne salem volat. oleos. præbuit, & alvum apertam servavit catharticis pilulis, & quietem imperavit. Mollito his tumore miscelam balsamorum dictorum ad finem usque adhibuit. His intra 3 hebdomades plane convaluit. Atque hac methodo cœcas hæmorrhoides cito, auspiciose semper ab se fuisse percuratas ait.

20. *Unquantum album camphoratum in leniendis hæmorrhoidum coecarum doloribus, ac tuberculis discutiendis* I. STORCH (*b*) sæpenumero efficacissimum est expertus.

21.

(*a*) Thesaur. Observ. medico - chirurg. Obs. 43. p. 139. sqq.

(*b*) Prax. casuall. med. T. 1. A. 1731. Novembr. d. 4. p. 291. von Krankh. der Weiber 2. B. Caf. 37. p. 176. Caf. 116. p. 431. idem 2. B. Caf. 7. p. 25.

21. *Unquentum de nicotiana (a)*, quo SEBIZIUS teste C. ROESLERO (b), Præfectum quemdam fluxu dinturno, nullatenusque compescendo vexatum curavit, ut non amplius redierit; sed sequente 4na, & scorbuto confectus æger interit. Plura hac facientia apud Veteres quoque videri possunt (c).

§. CXXXII.

G. *Vulneraria* demum in suppuratis, ulcerosisque factis hæmorrhoidibus locum habent; sed quoniam hæc ad generalem abscessuum, & fistulæ ani doctrinam pertinent, non est hic visum prolixius de iis agere, ne libelli moles in immensum excrescat. Meretur hic legi methodus M. ALBERTI (d), tum balsamus mundificans PURMANNI (e); nec prætereundum, quod O. BORICHIUS ad T.

BAR-

(a) TRILLER, diss. pharm. univ. T. 2. p. 826.

(b) Misc. nat. c. sc. I. ann. 3. Obs. 331. p. 543.

(c) Vid. GALE de compos. pharm. secund. loc. L. 9. / 7. de compos. medic. per genera L. 7. C. 2. 13. 14. de dynamidiis, & libr. secrator.

(d) Diss. de hæmorrhoid. cœcis. §. 26. p. 46. sq.

(e) L. c. p. 477.

BARTHOLINUM (a) præscriptis: „in desperata (inquit ille) hæmorrhoidum exulceratione nihil „præsentius auro fulminante (postquam „cum floribus ♂ iterum, iterumque exarsit „prius), si cum oleo amygdalarum dulcium „illinatur.“

C A P U T IV.

BALNEA, INSESSUS, LOTIONES.

s. CXXXIII.

IV. BALNEA vel totius corporis vel dimidi umbilicotenus (quæ *semicupia* dicimus), vel natum ac femorum (quæ *incessus* audiunt), vel artuum quoque solorum, eaque calida alias, alias frigida, in hæmorrhoidalibus variis malis, non raro summi sunt usus, & quidem

a) *Calida* ad præsentem morbum propugnandum, nimirum tensionem, doloremque varicum imminuendum, tubercula mollia, atque sanguinem in iis spissesceret diluendum, ac spasmos sopiendos, imo ipsum quoque

(a) Epist. med. Cent. 4, Epist. 92, Nro 15, p. 523.

que fluxum vel suppressum revocandum, im-
minentemve facilitandum, immodicum refræ-
nandum, quantum valeant, numerosis edo-
cemur casibus. ZACUTUS (a) pro sedando hæ-
morrhoidum dolore præsidium nullum (ait)
semicupio facto ex lacte „tepidio præstantius
„est, in quo si æger per horam aut $\frac{1}{2}$ horam se-
„deat; extempore sanus evadet. Utere lacte
„vaccino, ovino, equino; quod si $\frac{1}{2}$ olei
„papaveris & $\frac{1}{2}$ violacei in balneum projicias,
„excellentius præsidium administrabis.“ Sed
sufficit etiam solum decoctum emolliens;
imo ipsa aqua pura tepida. Luculentum hanc
in rem casum narrat v. RIEDLINUS (b): mu-
lieri perobefæ, 30 annis majori, solennibus
obesitatis incommodis afflita, ab ultimo
ante septeanum fere foetus mortui partu hæ-
morrhoides aliquoties intumuerant cum do-
lore, & citra ullum fluxum, malumque sem-
per sine ulla remediis sponte iterum, brevi-
que desit; donec aliquando morbus accidis-
set cum acerbior, tum diuturnior. Accitus
Auctor præbuit laudatissima quæque interna;
ipsumque opium; sine ullo levamine; ex-
terna topica nulla ferebat mulier, nam ab un-
guentis malum exasperabatur, & ab aliis do-
lor crescens clamores exprimebat. Ingraves-
cente

(a) Prax. histor. L. II. C. 2. Nro. 3. Obs. 1.
p. m. 90.

(b) Lin. med. ann. 4. Aug. 5. p. 64.

cente morbo urinæ quoque retentio oborta novos causabat dolores. Donec in balneum, cuius usum haftenus pervicax detrectaverat, ingressæ dolores, quamdiu in illo morabatur, conticescere cœperunt. Ex balneo egressæ dolor quidem recruduit, at mitior nec nisi brevis, quo abeunte rediit somnus, & post hunc, dolore non amplius reverso, præser-tim ad iteratum balnei usum pristina sanitas.

POMMBI (a) quoque mulier quadragenaria, a pubertate cum spasmis hystericis hæreditate acceptis conflictata sævissimos hæmorrhoidum cœcarum dolores, qui ultimis puerperii diebus convulsiones cauſarunt, patiebatur ad omnia anodyna externa contumaces, nec hi-rudinibus etiam vel hilum imminutos. Lo-chia procedebant: quam ob rem forsitan bal-nei tepidi usus diu renuebatur; donec ultima demum necessitas illius adhibitionem extor-fit. Et enī primo mox balneo dolores egre-gie leniti, atque a 5to prorsus conquieverunt. Multum perinde calidis infessibus emollienti-bus tribuit, effecitque DE LA MOTTE. Memi-nit primum (b) feminæ, quæ primis tribus ge-stationibns ifchuriam sæpius patiebatur a vehe-menti-bus hæmorrhoidum doloribus cum insigni
om-

(a) Abhandl. von den hyster. u. hypochondr. Nervenkrankh. p. 404. sq.

(b) Traité compl. des Aconchem. L. I. C. 23. Obs. 424. p. 114.

omnium vicinarum partium inflammatione, ut nec alvum insuper sine maximo labore egerere posset: quapropter urina saepissime catheterē fuit educendā; id quod majorem; quam hæmorrhoides, causabat dolorem. Injecta complura enemata mollia; bis ex brachio sanguis, ad bina semper consueta vascula, detractus. Porro infessus quotidie m. & v. per horam in decoctum emolliens ex herbis malvæ, bis malvæ, verbasci, violariæ, chamomillæ, duabus lactis pintis remixtum ita imperati, ut natibus tantum fere umbilicotenus mergeretur; a cuius bidui, vel tridui usu convaluit quidem, sed eadem gestatione bis terve adhuc passa est recidivam, at iisdem infessibus denuo semper profligatam, ita ut proxima abhinc gestatione nihil horum pertulerit. Alteri (a) puerær in 10 dies a partu optime habenti repente dein numerosæ, grandesque hæmorrhoidales varices omnem ani ambitum occuparunt cum tantis cruciatibus, ut diu nocteque quiete caruerit. Cum vero morbus ab alvo, quam inde a partu nunquam adhuc reddidit; nec ei enema saepius tentatum injici a custode ob hæmorrhoidum tumorem posset, obstructa ortum haberet. Auctor enema primum injectit, e decocto verbasci, malvæ, flor. chamom., sem. lini, & furfur, cum melle communi ac mercuriali; quo reddito
in.

(a) Ibidem L. 5. C. 12. Obs. 424. p. 812.

infessas paulo ante descriptos imperavit, quies
ter iteratis ægra convaluit. Quantum vero
hi infessus ad revocandum etiam fluxum sup-
pressum valent, M. SCHURIGIT^(a) observatio
documento est: „viro juveni 30 aliquot anno-
rum, „satis robusto, summe tamen hypochondriaco,
per longum temporis spatum men-
struatim fluxerant hæmorrhoides, & quidem
„satis largiter. Harum ille pertæsus suasu
„chirurgi cuiusdam adstringentibus ab illo or-
„dinatis utitur: quo facto talis hæmorrhoi-
„dum fluxus ex voto quidem cessat, subse-
„quente tamen post aliquot menses menstrua
„& quidem largissima narium hæmorrhagia,
„quam ipse pariter ob supervenientem debi-
„tatem ægre ferens per interna, & externa
„refrigerantia & styptica, & id genus alia,
„sanguinis e naribus effluxum ejusdem chirurgi
„cura impedire tentat, eoque successu, ut
„cruor . . . nunc per penem, & quidem ite-
„rum singulis mensibus; cum urina, ad quam
„crebrius mittendam stimulabatur, egredere-
„tur: unde æger hypochondriace anxius
„meum consilium efflagitabat. Quare . . .
„suasor ipsi eram, ut circa instantis orgasmi
„menstrui tempus, quod ex laetitudine totius
„corporis & aliis symptomatibus præscire,
„atque prædicere poterat, per lenes frictio-
„nes, circa spinam dorsi a parte superiori
„VER-

(a) Parthenol. S. 2, C. 4. §. 5. p. 324.

„versus inferiorem, præsertim circa os sacrum,
 „partesque vicinas, item per fomentatio-
 „nes, & insessus sanguini exitum querenti
 „viam panderet. Quod . . . ita successit,
 „ut absque medicamentis, quæ jam abhorre-
 „bat, & absque Væ Sc, quam in talo suade-
 „bam, ipse vero absque animi deliquio ferre
 „non poterat, hæmorrhoides iterum appare-
 „rent, quas ad hunc usque diem ultra 20 ali-
 „quot annos optima cum sanitate menstrua-
 „tim experitur.“ Ad immodicum denique
 hæmorrhoidum fluxum cohibendum „brachio-
 rum in liquorem aquoso-vinosum tepidum
 „immisso apri me ex usu est“ F. HOFFMANNQ
 (a) teste; nec abs re, quandoquidem in hæ-
 moptoë simplex hoc præsidium sæpe ad mira-
 culum prodest.

b) *Frigida* vero pene majoris sunt uti-
 litatis; siquidem non modo præsenti malo
 sæpe medeantur, sed etiam reversionem illius
 arceant. Enimvero ubi nimia vasorum seda-
 lium laxitas vel varicibus dolorificis, vel pro-
 fluvio immodico, vel ani quoque prolapsui
 ansam præbet, aquæ frigidæ lotiones vel in-
 sessus nativum reparando tonum & præsen-
 tia hæc mala tollunt, & ulteriori usu redditum
 eorum præpediunt. Hinc G. E. HAMBERGE-
 RUS

(a) Med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. I. C. 4. curat,
 §. 4.

RUS (a) „ad præcavendas (ait) . . . cœcas
„hæmorrhoides nihil præstantius est quotidiana
„lotione ani cum aqua frigida“ POMME (b)
meminit civis 36 annorum, atrabiliarii, qui
a longo tempore nimium hæmorrhoidum flu-
xum variis oppugnabat remediis. Suspicio
erat, malum esse syphiliticæ originis: insti-
tuta ergo provide anticeltica curatione fluxus
remisit. Aliquando autem ira vehementi per-
cito rediit idem tantopere, ut per integrum
mensem quotidie fere $\frac{1}{2}$. j. sanguinis effluxer-
it. Fluxum hunc exceptit inflatio faciei, ac
pedum cum colicis. Nulla adstringentia data,
sed plastica (ob sanguinem a $\frac{1}{2}$ attenuatum)
sub diæta analeptica humectante, externe
vero crebra enemata refrigerantia, & balnea
frigida imperata hæmorrhagiam compescuere;
inflatio autem equitatione demum plane dis-
paruit, ægerque omnino convaluit. DÜREN
apud s. BLANGARDUM (c) refert virum quem-
dam a nimio hæmorrhoidum profluvio nullis
cedente remediis medici tandem stratagemate
fuisse vindicatum. Duorum subornatorum
famulorum uno herum irritante alter a tergo
nihil opinantis corpus urceo aquæ frigidæ
repente perfudit: unde territo hero & vasis
aquæ frigore contractis hæmorrhagia substi-
tit.

(a) Diff. cit. §. 52. ad calcem.

(b) L. c. p. 219.

(c) L. c. Obs. 79.

tit. R. WHYTT (a) in fluxu nimio balneum aquæ marinæ commendat, quo una ægrarum illius, nondum quinquagenaria tanto hæmorrhoidum profluvio obnoxia, ut raro alvum egefferit, quin multum simul sanguinis amiserit, plus quam alia quavis re profecit; namque inde non fluxus tantum imminutus est, sed appetentia quoque emendabatur, & ægra vires colligens vividiorem etiam colorem est adepta.

C A P U T V.

CUCURBITAE SICCAE.

§. CXXXIV.

V. CUCURBITAE *siccæ* quemadmodum in alia quavis hæmorrhagia vel nimia compescenda vel suppressa cum læsione functionum revocanda magnæ sœpe sunt utilitatis, dum nisum contrarium nisi ui morboſo fanguinis inducunt, sicque illum a læſa parte aliorum alliciunt; ita etiam in hæmorrhoidum fluxu vel

(a) Beobacht. über die Natur, Ursachen, und Heil. der Nerven. Hypochondr. u. hystr. Zufälle. 7. Cap. p. m. 528.

vel nimio cohibendo vel suppresso versus
anum derivando non contemnendam saepe
operam praestant. Dum fluxus hic suppreslus
caput, pectus, abdomenve lacefit, cucur-
bitarum siccaram applicationem ad femora
consulit. M. ALBERTI (a); in immodico au-
tem haemorrhoidum profluvio vel haematuria
haemorrhoidalii non sine successu ad mammae
affiguntur. Quemadmodum cucurbitae siccæ,
inquit. I. JEITTELES (b) „ad mammae
„mulieres applicatae ad haemorrhagias uteti
„sistendas, vel saltem moderandas potentissi-
„simæ admodum deprehensæ sunt; ita non
„raro eas ad eadem loca in viris appositas in
„sistendo vel saltem moderando fluxu haemo-
„rrhoidalii, cruentoque mixtu ab haemorroi-
„dibus ita dictis vesicæ originem trahente
„proficias apprime deprehendi.“

CAPUT

(a) Dist. de haemorrhoidum consen. cum cas-
pite, & pectori §. 25. Tract. cit. P. 2
p. 109.

(b) Observata quaedam med. §. 17. p. 15. sq.

CAPUT VI.
REPOSITIO ANI PROCIDUL.

§. CXXXV.

VI. *REPOSITIO ani prolapsi* cum varicibus
sub nixibus vel alvinis, vel quibusvis aliis
evenientis, ut alibi (a) vidimus, s^epe tam
est necessaria, ut hac neglecta nec dolor nec
fluxus, adhibitis quibuscumque aliis prae*sidiis*
conquiescant: unde L. DURETUS (b) „s^epe
„multos animadverti (ait), qui ab h^æmo-
„hoidibus immisericorditer cruciabantur; qui
„nec fotu, nullo tapso, nullo cataplasmate, nul-
„lo denique anodinorum mirescebat dolor,
„prinsquam pars restitueretur suo loco, & ut ac-
„cidit in prolapsu ani, nam vel suspensio ipsa
„facit dolorem . . . Sed inter omnia primum
„studeamus; ut partem suo pristino loco re-
„stituamus; nam h^æc partis restitutio dolorem
„sedat, ut in M. HOSPITALIO Galli^m cancel-
„lario h^æmorroidibus diuturnis vexato s^epe
„experti sumus.“ (c) Aliquando etiam acci-
„dit,

(a) Vide §. 53. II. Nro. 6.

(b) L. c. p. m. 577.

(c) Ibidem p. m. 524.

„dit, ut prostantibus tuberculis internis ob-
oriatur fluxus hepatico similis, qui nullis
cedit remediis, sola vero repositione definit,
cujus rei exemplum R. F. OVELCÜN (a) suppe-
ditat de fene 62 annum agente, melancholico-
sanguineo, qui post cœcas hæmorrhoides to-
topicis retroupsas varia illarum molimina gra-
vissima 11 annis percessus, ubi ab idoneis
remediis denuo hæmorrhoides primum cœ-
cæ, dein fluentes etiam venissent, multis deinceps
annis commodius habuit. Verum ante
ultimum sexennium obortus alvi fluxus lo-
turæ carnium jam aquosiori, jam plus cruentæ
similis, indusium, braccasque foedans, ad re-
media increscens potius, ex intermittente jam
fere continuus factus vires sensim pessumda-
bat, quem ani tuberculis hæmorrhoidalibus
carnem erudam referentibus obsiti accidens
aliquando, nec repositus, prolapsus causavit:
donec demum facta ab ipso ægro repositio
linteo molli fluxum illico compescuit; qui
vero toties iterum revertebatur, quoties æger
prolapsum sub alvi egestione rectum oblivi-
ciebatur reponere; facta autem repositione
rursus desinebat. Hoc ipso etiam fluxu ex
eadem causa frater illius laborans eadem pe-
rinde arte ab eodem liberabatur. Sopito hoc
fluxu vires ambo ammissas, sub diæta bona
recuperarant. Subinde tamen repositionem
vel

(a) Act. nat. cur. Vol. 7. Obs. 29.

vel ficcitas elapsi ani, vel varicum moles moratur: idcirco primo in casu pars elapsa humectanda, ut MORGAGNII (*a*) femina factitabat, in altero autem varices prius vacuandae, vel discutientibus vel hirudinibus vel scarificatione (*b*).

CAPUT VII.

L I G A T U R A.

§. CXXXVI.

VII. LIGATURA etiam olim ad cœcas hæmorrhoides fuit commendata. HIPPOCRATES eo quidem libro, quem de hæmorrhoidibus (*c*) inscripsit, nullam illius injectit mentionem; at de ratione victus in morbis acutis (*d*) agens disertis eam verbis consulit: hunc CELSUS (*e*) exscripsit; istos alii, quos inter R. FONSECA (*f*), curantur autem (inquit) hæmorrhoides ustis

(*a*) Vide §. 126. a) *a.*

(*b*) YOUNG l. *e.*

(*c*) FOESII opp. T. 1. p. 891, sqq.

(*d*) Ibidem p. 406.

(*e*) L. 7. C. 30. Nro 3.

(*f*) L. c. T. 1. Cons. 27. p. m. 181. sq.

„ustione, sectione aut ligatura, ut docet
 „HIPPOCRATES, sed 4to acutorum probat li-
 „gaturam, quam etiam FALLOPIUS approbat
 „magis, quam cetera.“ Verum enim vero
 cum in spuriis hæmorrhoidibus, sive alias
 indolis excrescentiis ani locum illæ ligaturæ
 aliquando habere possint, in veris profecto
 tuberculis hæmorrhoidalibus sunt periculosæ.
 Ligatura enim teste I. L. SCHMUCKERO (a)
 tunc „non modo vehementissimos dolores,
 „coarctationes intestini recti, inflammationes,
 „ac spasmos letales causaret, verum etiam,
 „cum vinculum quotidie magis contrahi de-
 „beret, æger ex his supervenientibus malis
 „spuris certe periret (præsumit si ligatura plu-
 „ribus in tuberculis simul ac semel instituere-
 „tur) quam ista delabi quirent.“ Vera hæc
 esse jam olim L. DURETUS (b) expertus est.
 „Memini (refert ille) vidisse me abhinc 16
 „annis in Episcopo, qui mariscam habebat,
 „quæ colore & consistentia cutim naturaliter
 „constitutam referebat. Quidam peritissimi
 „Chirurgi suaferunt, ut constringeretur accu-
 „rate, ut excideret; negabam esse faciendum
 „... ac dicebam multas calamitates posse
 „accidere. Lino constricta est; ut morere-
 „tur; & excideret. Ecce doloris nata est
 „acerbitas, ac in convulsionem incidit. Illud
 est

(a) L. c. p. 110. sq.

(b) L. c. p. m. 577. sq.

„est manu chirurgica curare, sed non sanare.“
 Haud lecias M. PURMANNUS (*a*) narrat pedi-
 num confectori cœcas hæmorrhoides a chi-
 rурgo arte filo fuisse ligatas, ut exciderent;
 verum infandos inde dolores & convulsiones
 accidisse. Auctor accessitus plurimum habuit
 laboris in servando demtis vinculis homine.
 Ex his itaque abunde liquet, quantopere hic
 ligaturæ sint vitandæ. Hinc dum S. BLAN-
 CARDUS (*b*) „verbi divini pastorem, qui diu
 erat hæmorrhoidibus vexatus, sola ligatura
 curavit, & postea ab hoc malo liberatus
 aliquot annos sanus vixit“ non tam veras illas
 opinor fuisse varices hæmorrhoidales; quam
 carnosas potius quasdam circa anum exere-
 scentias, quæ spuriæ hæmorrhoides vocari
 solent.

CAPUT VIII.

U S T I O.

§. CXXXVII.

VIII. USTIO hæmorrhoidum immodice flu-
 entium, si hæ nulla alia arte fisti possint, ve-
 lut extreum fluxus compescendi auxilium
 ten-

(a) L. e. p. 473.

(b) Instit. chirurg. P. §. C. 20. Opp. T. 2. p.
 m. 462.

rentata est, nec pœnitendo eventu. Duplici autem methodo administratur, nempe:

I. *Corrugans*, dum ignitum ferrum va-
sis hæmorrhoidalibus patulis cominus quidem
at citra contactum admovetur, ut illa æstu-
ignis corrugentur tantum, & varices, earum-
que hiatus aboleantur, sicque sanguinis ex
iis cursus consistat. Atque hæc tantum me-
thodus familiaris fuit **HIPPOCRATI** (a) scri-
benti: „ferrament. 7. 8ve parari jubeo, quæ
„magnitudine palmum, & crassum specillum
„crassitudine æquent, extrema parte recurva,
„& in summo ad oboli parvi formam lata.
„Post exhibitum pridie medicamentum pur-
„gans eodem, quo ad ustionem aggredieris,
„die homo supinus reclinatur, pulvinoque
„lumbis supposito fedes digitis quam maxime
„foras educitur, tum cendentibus admotis
„ferramentis uruntur, quoad resiccentur, ita
„ut ne contingas . . . Inter urendum autem
„a quibusdam caput & manus detineantur,
„ne moveatur, sed clamet, qui inuritur;
„hoc enim pacto anus magis prominet“ &c.
Ac paulo post (b) „ustio (ait) adhibenda ea
„cautione, ut ne ferro attingatur, sed prope
„admotis ferramentis exsicetur.“ Hand sum
quidem nescius, variare hac in descriptione
vete.

(a) Libr. de hæmorrhoidib. p. m. 891.

(b) Ibidem p. m. 893.

veteres codices Græcos quoad non nullas voculas, ut ex A. FOESIO (a) colligere est, ad quas etiam FROMMANNUS (b) aliquique adhæfere; sed si omnem contextum, ipsamque annexam ulteriore in COO curationem attente expendas, intelliges, ferro tactum partis vetari. Confirmat id ipsum & alia ejus urendarum hæmorrhoidum, quæ paulo altius intra intestinum rectum delitescunt, descripta methodus (c), ad quam exsequendam „cauterium (inquit) parare oportet, in modum „parvæ arundinis vallatoriæ (phragmiten vocant), & in ipsum ferramentum probe con-, gruens accommodare; deinde immissa in sedem „fistula candens ferramentum in eam demitte, crebroque eximere, quo magis calorem toleret, neque ulcus ex calore contra-, hat, & venulæ exsiccatæ consanescant.“ Methodus tamen utraque hodie exoleyit, tum ob ignaviam ac mollitatem ægrorum hodierni ævi; tum ob nedendi methodum hodie efficaciem, per mitiora, ut raro AESCULAPIUS nunc VULCANI ope indigeat. Interea tamen I. R. FORTI (d) hoc remedii genere se in plurimis ægris felicissima cum successu usum fuisse

(a) Ibid. p. m. 892.

(b) L. c. P. 2. Probl. 9. p. 252. 1q.

(c) L. c. p. m. 894.

(d) Cons. & resp. med. Cent. 2. Obs. 99.

fuisse refert; neque forte efficacius, celeriusque præsidium reperitur ad reponendum ani prolapsum, ubi multæ, & grandiores varices hæmorrhoidales ejus redunctionem remorantur: enimvero „lamina candente mox admota co-
„minus hæmorrhoides contrahuntur, inquit
„I. RHODIUS (a), ac veluti corrugantur, quæ
„in suum reposita locum, ne denuo procident,
„annulo ferreo dextre cohibentur, quem sum-
„mi ingenii viro PAULO (SARPI) servitæ vene-
„to plures magno commodo acceptum refe-
„runt. Annulum vero aluta utrinque conti-
„net, quæ perinæum, & clunes versus fa-
„scis 4. ejus capitibus adfutis lineo cingulo
„innexis firmatur.“ Atque hæc de prima hæ-
„morrhoides adurendi methodo, cuius ferra-
„menta ab HIPPOCRATE adhibita in iconibus
videre est, apud I. SCULPTETUM novissime ab
I. C. SPROEGELIO editum (b). Altera

b) *Escharotica* est, dum candente ferro
taetæ hæmorrhoides ita aduruntur, ut crustam
in superficie nanciscantur. Hac usum un-
quam fuisse coum non constat; ab aliis tamen
adhibitam fuisse satis constat, de qua L. HEI-
STERUS (c) „antiquiores quidem nonnulli me-
dici

(a) Obs. med. Cent. 2. Obs. 94.

(b) Armam. chirurg. (8. Amstel. 1741) Tab. 18.
& 44.

(c) Instit. Chirurg. P. 2. S. 5. C. 165. §. 2.
p. 1048.

„dici (inquit), ubi medicamenta adstringentia parum proficiebant, quæ mox, licet male, adhibebant, ferro candente admoto venarum ora sanguinem fundentia graviter adulserunt . . . Recentiores autem vel ipsa experientia magistra didicerunt, veterem hanc curandi rationem . . . quæ igne instituitur, non nimis tantum crudelem esse; sed & plerumque prorsus perniciosa.“ Interea tamen, si verutate incrassatae sint varices, vivo eas igne tangi, & magna pro parte absumi nil verat, imo saepè necessum est; cum alioquin se se nullatenus jam contrahere queant. „Dantur quippe casus, inquit A. HAEN (a), ubi haemorrhoides copiose tuuent circa annum, tumentque enormiter, ac spongiosæ, factæ, & veluti carnosæ ultra in annum reduci nequeunt: hinc dolores ad alvum introlerabiles; alvus vix ultra movenda, profluviuum sanguinis perpetuum, ut hydrops inde nascatur, aut continuæ fere orientur debilitates ac syncopes. Talem casum vidi in virgine quadam; inito consilio, & eradicacione conclusa vidi dexterimum veteratum chirurgum DRINGBERG cauterio actu, ali magnitudinem auferentem plus quam pomum aurantiorum, & parvum relinquenter tuberculum, quod bene sanguinem fundebat: hinc semper ea via aperta servabatur.“ Neque simi-

(a) Praelect. cit. T. 5. ad §. 1235. p. 372.

similis ustio infeliciter cecidit i. SCULPTET^o
 (a) „in nobili vēneto excontarenorum stirpe
 „nato, juvēne 26 annorum, temperamenti
 „sanguinei, tempore veris laborante primū
 „(antehac enim nunquam) hæmorrhoidibus
 „externis nimium fluentibus; ad quem voca-
 „tus venam brachii dextri internam incidi,
 „dorsoque cucurbitulas sine scarificatione sic-
 „cas applicari jussi, conservam rosarum anti-
 „quam cum croco ♂ (non neglectis ligaturis
 „partium superiorum) per os ut fumeret, ex-
 „hibui, & medicamenta valida adstringendi
 „facultate prædicta, ovique albumine subacta
 „& gossipio usto excepta parti affectæ appo-
 „sui: nihilominus tamen fluxus semper ve-
 „hemens duravit, ægerque rubicundus alias
 „in colorem pallidissimum fuit mutatus, ira
 „ut de vita sua pericitaretur . . . Unde do-
 „mum festinans necessariis me instruxi instru-
 „mentis, punctalibus nimirum (b), quæ re-
 „trocedens famulo . . . ut ea ignita redde-
 „ret, tradidi, quibus optime ignitis omnium
 „venarum hæmorrhoidalium, quæ fluxerunt,
 „ostiola singillatim tetigi, cruxamque induxi,
 „a superioribus incipiendo, ne sanguis ex-
 „intactis defluens ferramenta ignita extin-
 „gueret . . . sanguine chirurgia suppresso,
 „& optima vietus instaurantis regula obser-
 vata

(a) L. c. Tab. 44. p. 136. sq.

(c) Ibidem Tab. 22. fig. 5. 6.

„vata nobilis ille pristinæ sanitati restitutus
 „fuit; cui consului, ut singulo trimestri cucur-
 „bitelas 4 scapulis, & dorso affixas, & scari-
 „ficatas adhiberet, ne natura in futurum san-
 „guinis abundantiam per venas ani expellere
 „assuenseret. His rite observatis ab hæmo-
 „rrhoidum fluxu liber per decennium integer-
 „rima sanitatem vixit. Quodsi natura prædicti
 „nobilis hæmorrhoides antehac sèpius ape-
 „ruisset, & quasi assueta ad hanc solam par-
 „tem superflua transmittere solita fuisset,
 „unicam hæmorrhoidum ferro intactam reli-
 „quissem.“ &c. Alium unctionis ejusdem ca-
 sum I. B. LAMZWEERDE (a) suppeditat: „ru-
 „sticus . . . annorum 70 post intolerabiles hæ-
 „morrhoidum dolores, & quævis frustra ten-
 „tata remedia persuasione magistri mei opera-
 „tionem chirurgicam admittit, quæ . . . feli-
 „citer per scalpra obtusa, & ignita ferratum
 „perficitur, apposito vulneri actuali cautorio,
 „ne nimia hæmorrhagia subsequeretur; quod
 „ulcus aliorum instar brevi curabatur.“ Huc
 & s. BLANCARDI (b) casus pertinet, nobilem
 Polonum 48 annorum, sanguineo cholericum
 & gravi arthritide sèpius obnoxium, circa
 Novembrem A. 1689 tenesmus invasit, in
 dies ingravescens, ut demum omni momento

ad

(a) Ibid. append. I. Obs. 94. p. m. 651.

(b) Institut. chirurg. P. 3. C. 20. Opp. T. 2. p.
462. sqq.

ad desidendum coegerit, licet vel nihil, vel pauxillum muci egereretur. Frustra plurimis enematibus injectis Aprili 1690 alios consu-
luit æger. Indito in anum digito altius la-
tentia tubercula hæmorrhoidalia detecta sunt.
Idcirco bis quotidie injectis enematibus, ad-
motisque ano cataplasmati malum foras at-
trahentibus id effectum, ut multi nodi duri
ex uno latere circum anum enascerentur, at-
que ita fex egerenda, insignes intra, extra-
que anum causaret dolores. Horum nodorum
aliqui exulcerati multum puris pæbuere,
ceteris nil mutatis. Post plurima rursus,
diuque adhibita nec quidquam remedia æger
aliquando multum sanguinis coacti egesse, &
abhinc ingens humorum acrum vis ano involun-
tarie exire cœpit, ut nycthemeri spatio 8
vel 10 mantilibus opus fuerit, alvo nihilo-
minus segni, difficilique manente, ut syrupo
cathartico fuerit promovenda. Tandem nodi
anum obsidentes duri in unum majorem, ac
duriorem confluentes totum pene anum ob-
duxere. Nec cerata, & cataplasma nume-
rosa, nec longus decocti e radice chinæ, &
falsæparillæ pótus vel hilum profuit. Arthriti-
s vero, ex quo morbus præsens occipit,
parum vexavit. Aeger cetera sanus, & me-
diocriter appetens cum A. 1691. commenda-
tum ptyalismum reformidaret, Autorem con-
suluit. Suasit hic, ut sub usu internorum
alvum semper liberam præstantium bis quoti-
die sumeret 3em ex æthiope min. & Lap. 69:

ex-

externe consuluit nodorum hæmorrhoidalium cauterio absumtionem, ut ad internos facilius evadat accessus. Ablata crusta, & sanata plaga, ut indatur balsus e melle, & \oplus lo alb. Sic æger ante zum mensem convaluit. Memoria etiam dignum est ustionis exemplum ab A. MASSARIA (a) literis proditum. A. 1569. F. C. V. dolore primum, dein immoderato correptus est hæmorrhoidum fluxu omnia eludente remedia, ita ut demum Paravini medici ustionem solani superesse judicarent: Accitus ergo Neapoli FABRICIUS chirurgus hujus operationis gnarus ægrum primum vinciri jussit, ne ullo sese modo move-re, sicque operationem inturbare posset: deinde singula hæmorrhoidum capita ab intestino leviter excoriavit separavitque; tum apta ad id acu forti obducto filo fere ad extreum tota perforavit, & stricte obvinxit, consuitque. Demum foroice venarum particu-lam abstulit, residuamque ex futura partem ignito ferro combusit. Ab hac ligatura secti-one, & ustione dolor, ac febris emicuit; sed idoneis adhibitis remediis, æger a febre, dolore ac hæmorrhoidum fluxu intra paucos dies liberatus est, pristinæque redditus sanitati. Sed nimis sibi fidens cum Væ Sem, cathartica, probanque diætam neglexisset, e pesti-lenti febre proximo anno interiit. „Quæ cum fuerit

(a) Pract. meth. L. 3.

„fuerit felix Neapolitani Chirurgi curatio,
 „non minus ea felix fuit nostra, inquit M. A.
 „SEVERINUS (a), quam in R. P. BENIGNO
 „... peregrimus, cui cœnobitæ... vari-
 „cula perdoens, ac sane gravis cum nullis
 „unquam aut internis, aut externis accommo-
 „datissimis præsidiis levata fuisset, igne per me
 „... adhibito subinde discussa est semel,
 „vivitque jam homo integer ab illo, qui per-
 „petuo sub mortis finu vivere videbatur.“
 Atque ex his liquet, haud ita sæpe esse per-
 niciosa hanc ustionem, atque L. HEISTE-
 RO visa est. Vivi autem ignis in locum cau-
 stica quoque remedia interdum Veteres ad-
 hibuerunt, ut ex Celsio (b) intelligere est
 scribente: „si ista (styptica) parum juvant,
 „solent imposita medicamenta adurentia ea
 „capitura absumere... Adustis capitulis fit
 „cicatrix, quæ sanguinem fundi prohibet.“

§. CXXXVIII.

Cautela tamen in hæmorrhoidum ustione
 alterutra tenenda est, ut vel unum capitulo
 hæmorrhoidale, si plura urenda sint, intactum
 relinquatur, vel si unicum est, illud non
 funditus; sed ad minimam usque sui molem
 igne

(a) L. c. Pyrotechn. L. 2. F. 1. C. 97. p.
in. 265.

(b) L. 6. C. 18, Nro. 9.

igne reducatur, ut aliqua nempe via sanguini
deinceps egressuro relinquatur; ne alioquin
omni intercepto simul ac semel exitu ille ali-
orsum regurgitans alios excitet morbos (a);
vel, ut omnibus capitulis venarum igne exu-
stis fluxus hæmorrhoidalis imposterum arte
suppleatur. Multa nihilominus hac de re in-
ter medicos existit controversia, cui HIPPO-
CRATES occasionem videtur præbuuisse; nam
cum alias (b) dicat: „urere vero illa oporteret,
ut earum venarum, quæ sanguinem fundunt,
„nulla inusta relinquatur, sed omnes aduran-
tur.“ Alibi (c) nihilo fescius „diurnum
„sanguinis profluvium per ora venarum (in-
„quit), quæ in ano sunt, (hæmorrhoidas di-
„cunt), curanti nisi una servetur, periculum
„est, ne aqua inter cutem, aut tabes succe-
„dat.“ Quæ posterior sententia eo etiam
verior, & COO dignior visa est; quo magis
experienciarum respondet (d), quam prior. Utra-
que tamen suos nausta est patronos, ita ut,
qui priorem etiam tuentur, toti sint in poste-
riore varie interpretanda, & quidem

I) AED

(a) Vide §. 55.

(b) De hæmorrhoid. p. m. 891.

(c) Seft. 6. aphor. 12.

(d) Vide §. 55.

1) AETIUS (a) contendit HIPPOCRATEM scripsisse „hæmorrhoidas sananti inverteratas si non adservetur, periculum est hydropem, aut tabem succedere, non enim velut quidam opinantur, dixit, si non una fuerit servata hæmorrhoidis ad sanguinis excretionem; sed dixit; si non adservetur, hoc est, si non convenienti diæta utatur. Quod autem sic velit HIPPOCRATES, ipsa aphorismi distinctione ostendit; ait enim hic vir: hæmorrhoidas inverteratas sananti; est autem sanitatio perfecta liberatio, & legitima curatio. Quare juxta HIPPOCRATEM non oportet aliquam hæmorrhoidem relinquere, sed omnes excindere, & post perfectam ipsarum curationem per convenientem . . . diætam ad naturalem statum corpus curatum reducere, incidereque cubiti venam tempore opportuno, quo videlicet coacervatus in corpore sanguis evacuetur.“ Hæc ille. Verum ab omnibus rejecta est COI hæc interpretatio, quippe quæ contra fidem omnium codicum M. SS. sit, ut recte observat E. FERDINANDI (a): quandoquidem in singulis vocula pia una reperitur.

2. Alii vero plerique volunt COI aphorismum ad habituales tantum hæmorrhoides, quas

(a) Serm. 14. C. 5.

(b) Histor. med. x6. p. 42.

quas ipse per diuturnum . . . profluvium intellexerit, pertinere, non item ad recentes. Sic homini SCULPTI (a) morbum recentem passo ad unam omnes adustæ fuere cum euphoria, & sanitatis constantia; virginis contra HAENII (b) unicum tantum tuber habenti vetustum ustio eatenus solummodo est adhibita, quæ tuberculo plurimum imminuto, non prorsus exstirpato fluxum moderaretur, non ex integro cohiberet. Imo VALLESIUS (c) etiam habitualem fluxum censet usione posse in totum suppressi; at non sine prudenti, ac provida methodo, nempe „(inquit ille) impossibile non esse, ut multi „putant, ex HIPPOCRATIS opinione fieri, „ut ex multis haemorrhoidibus, illisque in-„veteratis homo fatus integre aliquando „evadat; non enim præcipit HIPPOCRATES „illam unam, quæ servatur, perpetuo ser-„vare; sed hic quoque (ut in aliis omnibus) „sensim consuetudinem permutare. Quoni-„am igitur ex multo tempore consueta erat „illa vacuatio, suppressio fuit (his quo-„que præmissa totius corporis cura) una ser-„vata, continendusque deinde homo in bono „victu, ut intemperies corrigatur. Quod

„CUM

(a) Vide §. præced.

(b) Ibidem.

(c) Controvers. L. & C. Q.

„cum factum fuerit, licebit etiam reliquam
„obstruere, eritque ultima haec curatio fa-
„natio unius haemorrhoidis, ut HIPPOCRA-
„TIS sententia nihil sit adversum, & homo
„integræ sanitati restituatur.“ Verum con-
filium hoc theoriam magis; quam praxim
sapere videtur; periculosa plenum opus alea!
Correcta enim intemperie fluxus haemo-
rrhoidalis sponte cessat; si minus, illa non
videtur satis correcta: quorsum autem tunc
haemorrhoidis superstitis curatio sit evasura,
nemo divinabit.

3. Alii denique nihil interesse existi-
mant, habitualis, an recens sit immoderatus
ille fluxus, ac tuto semper omnia venarum
capita aduri posse censem; modo aboliti ita
fluxus in locum vicaria instituantur sanguini-
mis missiones, & recta vivendi ratione accumu-
latio sanguinis in vasis praecaveatur. CELSUS (*a*)
his præluxisse videtur scribens: „quoties is (flu-
xus) suppressus est, ne quid periculi afferat,
„multa exercitatione dirigenda materia est,
„prætereaque & viris, & feminis, quibus
„menstrua non proveuiunt, interdum ex
„brachio sanguis mittendus est.“ Ad haec
ipsa verba videtur etiam GALENUS (*b*) re-
spexisse, dum cum interpretatur dicentem,
ex intempestiva fluxus haemorrhoidalis per-
cura-

(*a*) L. 6. C. 18. Nro. 9.

(*b*) In Hipp. epidem. 6. comment. 3^o tex. 3^o

curatione in varios graves delabi morbos
 (a); namque intempestive seu „importune
 „eorum mariscis medentur (inquit), qui ne-
 „que venam per circuitus scindunt, neque
 „alvum ducentibus utuntur, neque per ex-
 „ercitationes evacuant, neque unam ex iis
 „saltem relinquunt, sed omnes una tollunt.“
 Quasi diceret, alterutrum in mariscarum sub-
 latione esse faciendum, nimirum aut unam
 esse intactam relinquendam, pro moderato
 fluxu retinendo, aut certe sublatum penitus
 nulla marisca relicta fluxum esse periodicis
 sanguinis missionibus, & cathartibus, corpo-
 risque exercitio compensandum. Unde etiam
 I. HOLLERIUS (b) „ubi (inquit) hæc reme-
 „dia adhibita fuerint, & per intervalla;
 „nulla (hæmorrhœa intacta) relinquenda vi-
 „detur, præfertim cum ea purgatio non sit
 „naturalis, & optima viætus ratione decli-
 „nari queat. In recentibus quoque metu
 „gravioris mali una servari potest. Multis
 „percurantur, sed experientia docet, nisi
 „purgentur, & sanguis detrahatur, ne-
 „scio qua melancholia & obscenis somniis
 „vexari. An autem una relinquenda sit,
 „que statis periodis effluat; an obligandus
 „æger phlebotomiæ per intervalla, & medi-
 „camentis, id fere arbitrio ægri relinquen-
 „dum; nisi quis a plebothomia, purgatione,
 „exer-

(a) Vide §. 55.

(b) L. c. in scholio p. m. 574.

„exercitiis deterius habeat, aut hæc leniter
 „ferens gravius ferat hæmorrhoidem. Re-
 „linquere autem unam apud HIPPOCRATEM
 „nihil aliud est; quam non secare, non ure-
 „re, non consuere, siccare, putrefacere:
 „nam liber est de hæmorrhoidibus, ubi o-
 „mnes urit, secat, curat, consuit, putrefacit,
 „siccatur. Quod igitur AETIUS nullam se van-
 „dam scripsit, PAULUS contra non solum in
 „diuturnis; sed ubi stillicidii modo effluit
 „sanguis, ceteris occlusis unam relinquen-
 „dam præcipit. Servari duobus modis inter-
 „pretari poteris, vel neglecta artificiosa cu-
 „stodatione, vel adhibita; si negligatur, una
 „servanda est; si adhibeatur, nulla.“ Inge-
 „niosa hæc sane sunt, sed antequam his fidem
 adhibeam, unum id rogatos velim, qui,
 seu una hæmorrhois intacta sinatur pro ulte-
 riori fluxu, seu omnibus occlusis iste vacu-
 ationibus arte institutis compensetur, perinde
 habent, num ita vacuationum arte facien-
 darum tempora dimetiri norint, ut ubi
 primum sanguinis copia abundantit, eas
 æctatum instituendas esse intelligent, & in-
 stituere semper possint? Verum nemo
 id, opinor, dabit: nam nec tempora
 hujus accumulationis humorum ex æquo
 semper sibi constant, cum hæc a variis, iis-
 que vagis plerumque causis pendeat, ut id
 variis temporibus accidens fluxus docet; nec
 semper vacuare, dum oportaret, seu ob di-
 agnosin sæpe prætervisam, seu ob ægri ad-
 juncta id morantia est integrum. Quod si
 vero

vero hæc ita sint, ego utique haud existimo perinde esse, seu una hæmorrhoid pro fluxu relictæ fuerit, seu occlusis omnibus ille deinceps vacuationibus arte factis suppleatur; cum enim priori in casu nihil periculi sit a fluxu superfite pertimescendum; in posteriore mehercle res non ab omni discriminine abest: nam si multo ante accumuletur in corpore humor, quam soleenne vacuationis tempus advenerit; per occlusas ani venas exitum haud noctus aliorum regurgitabit, celeriusque noxam inferre potest, quam succurri queat; præsertim cum non semper manifesta adhuc accumulati humoris indicia, & si quae forte etiam aduerint, sepe omnibus aliis causis, quam illi, attribui soleant. Suae: quidem HOLLERIUS, ut ad sequelas attendatur, minirum utra ex re æger deterius se habeat, ex relictane hæmorrhoidæ, vel vacuationibus vicariis? si enim istas gravius ferat (i. e. si haec minus levent, quam hæmorrhoides), hæmorrhoidum fluxum præfert, & contra. Sed si ex occlusis omnibus ani venis initutis licet vacuationibus vicariis: aliquanto post ingruat letalis apoplexia, quid HOLLERIUS consilium a juvantibus, nocentibusque petitum est profuturum?

4. A. MASSARIAS (a) denique plus sibi hic omnibus aliis videre vilus est, dum

con-

(a) L. 6.

X 2

contendit **HIPPOCRATIS** aphorismum unam
 hæmorrhoidem apertam servari jubentem ad
 fluxum tantum sanguinis nigri, spissique, i.
 e. melancholici seu atrabiliarii, non item ru-
 tili, purique, pertinere; cum enim ab isto
 in corpore retento (nisi sola copia peccet,
 quæ tamen arte minuui, ac demi potest) ni-
 hil mai oriri possit, ab solo atrabiliario san-
 guine retento vel hepar obstrui, hydropem-
 que inde nasci, vel pulmones infarciri,
 hincque hæmoptoen, & ex isto tabem conse-
 qui posse. Hinc „interpretes (inquit ille)
 „multum laborant, ut sententiam **HIPPO-**
 „**CRATIS**, & **GALENI** adversus AETIUM tue-
 „santur, sed forte nemo hactenus satis eorum
 „mentem intellexit, & explicavit: namque
 „omnes generaliter, nullaque adhibita di-
 „stinctione ajunt, fluentibus hæmorrhoidi-
 „bus unam perpetuo esse relinquendam;
 „quod censeo a doctrina **HIPPOCRATIS** &
 „**GALENI**, adde & ab omni ratione esse ali-
 „enum. Etenim . . . nisi hæmorrhoides
 „melancholicum perfundant, sed probum,
 „jam nullam præceptum **HIPPOCRATIS** ha-
 „bet locum, neque oportet unam hæmo-
 „rrhoidem apertam relinquere“ &c Nihilo
 tamen minus distinctio haec sanguinis atrabiliarii a puro in praesenti controversia Professoris magis ingenium; quam Practici ex-
 perientiam veritatemque redolet; nam usus
 rerum docuit occlusis penitus hæmorrhoidi-
 bus, cuius ejus indolis fuerit sanguis abhinc
 retentus, pessimos quosque morbos fuisse
 con-

consecutos: ut proinde ab experientia certum, assertumque maneat, sententiam COI de una haemorrhoida aperta sinenda ad habitualem fluxum cuiuslibet indolis pertinere.

CAPUT IX.

APERTURA SUPPURATARUM VARICUM.

§. CXXXIX.

IX. *A*PERTURA *suppuratorum* haemorrhoidalium tuberculorum opus esse matura, nisi sponte abscessus, matureque rumpatur, non est, cur multis notissima in re moneam. Monendos id tamen tirones F. HOFFMANNUS (*a*) voluit; ne videlicet pus intus diutius relictum ulcera sinuosa, fistulosaque (hic praesertim ob telam cellulofam pinguem uberrimam rectum intestinum undique ambientem facile nascentia) generentur, quod in primis de internis haemorrhoidibus suppuratis valet. Namque „facilis curatio est, inquit

(*a*) Ad P. POTERII Obs. med. Cent. 2. Cap. 64.
nota (*a*).

„quit LUDWIG (a), si abscessus in ani mar-
 „gine surgit; difficilior, si profundius ad in-
 „testinum rectum formatur. Quemadmo-
 „dum enim in his locis disquisitio, & appli-
 „catio auxilii minus recte succedit; sic etiam
 „incisio, & puris evacuatio aegrius efficitur.
 „His saepe in locis abscessus nondum matu-
 „rus aperiendus est, cum non solum dolor
 „urgeat; sed diutius latens pus acre, & ro-
 „dens fiat, & ulceribus generandis occasio-
 „nem praebat. Facile enim ob contextum
 „cellulosum tenacem & quasi callosum in his
 „partibus haerentem abscessus in ulcera mu-
 „stantur, saepius impura & callosa; quae,
 „nisi singulari chirurgi cura et apta corre-
 „ctione humorum auxilium feratur; tardius
 „justo densa cicatrice clauduntur, atque haec
 „si nimiis digestivis emolliatur, laxa fit, se-
 „pticis vero irritata rigida & nimis callosa.“
 Monente porro M. ALBERTI (b) „etiam cau-
 „stela adhibenda erit, ne incisio, si qua ne-
 „cessaria erit, quando abscessus non sponte
 „rumpitur, vel nimirum profunda, vel nimirum
 „superficialis existat; quin convenit apertu-
 „ram sufficientem inducere.“ Ulterior au-
 tem ratio medendi e communi abscessuum
 doctrina petenda est.

CAPUT

(a) L. e. p. 404. sq.

(b) Diff. de hemorrhoid. cœcis §. 26.

CAPUT X.

ULCERA ARTE FACTA.

§. CXL.

X. *ULCERA arte facta* ad recidivas præcavendas interdum multum poslunt, alias vero mictiores illas reddunt, si ex toto illæ averti se se haud finunt. Usitatissimi hanc in rem sunt pedum fonticuli. G. H. VELSCHII. (a) mulier per quam procera, multis partibus editis, & deficientibus per ætatem catameniis ab anno 50 deinceps crebros experiebatur hemorrhoidum dolores, eosque ut plurimum tam acutos, ut opio opus habuerit, nempe:

R. Cons. flor. pap. rhæad. 3j.

Philon. MES. 3ß.

Land. opati gr. iij.

Sach. q. f. F. boli. iij.

Linimentum hoc ei familiare fuit:

R. Ceruss. Ven. 3ß.

Ol. rosac.

Pingued. caninæ 33 3ß.

— cati silv. 3ij.

Camphoræ 3ß. M.

Sed

(a) Obs. med. hecatost. 2. Obs. 30.

Sed malo s^epius per annum reverso & graviora minante post crurum ad malleolos scarificationem fonticuli in tibia excitati, qui materiam plerumque magis cruentam; quam ichoroden suppeditabant. Rariores hinc jam hæmorrhoides factæ, nunquam tamen ex toto emansere, donec cum iis anus facta anno ætatis 69° obiit. Felicius etiam ZACUTO (a) res cecidit; æger quidam ex importuno haemorrhoidum cœcarum, tumentiumque dolore debilis, decolor, & emaciatus, cum a fomentis, lavacris, anodynis, & admotis hirudinibus non nisi ad tempus elevatus, ab internis quoque remedii haud in melius proficeret, morbusque identidem reverteretur, tandem excitatus in crure fonticulus effecit, ne porro rediret dolor. In doloribus autem, quos molimina hæmorrhoidalia in spina dorfi, coxis, aliisve in partibus creant, sopianidis quandoque sola vesicantia furis admota officium praestant. J. STORCHII (b) Cholericus 48 annorum ex restitancibus in longius tempus haemorrhoidibus incidit in s^evissimos dorsi, & utriusque coxa dolores, quos u formicarum geminavit; usu autem $\ddot{\text{e}}\text{i}$ s polychresti Auctoris, & admoto uni furæ vesicante dolor paulo post abiit, licet hæmorrhoi-

(a) Prax. med. admir. L. 2, Obs. 73. p. 246.

(b) Obs. clin. ann. 4. Jul. d. 4. §. 3. No. 8.
b) p. 386.

morrhoides non continuo reverterint. Neque inutile fuit hoc remedium sequenti in casu (a): vir sanguineo phlegmaticus 48 annorum ante biennium hæmorrhoides primum nactus Martio prehenditur repente vehementi spinae dorsi dolore, ac tenesmo. Date $\frac{1}{2}$ polychr. auctoris 3ij. pro senis dosibus, & ob æquinoctium appetens imperata in pede Væ So, qua neglecta cum exigua morbi fieret emendatio, alvusque effet obstructa, dabatur M. P. BECCHER. & purg. $\frac{1}{2}$ 3j, ut S. quovis vespere gr. X, monito simul ægro, ut Væ So, non differatur. Hæc vero in brachio, non in talo facta, & ob dolores injectum enema, ex decocto avenæ decort. cum butyro. Ab isto cum nulla egereretur alvus, doloresque increaserent, injectum enema e fero lactis cum Θ , imperatumque dextram ad suram vesicans, ac datum interne:

R. $\frac{1}{2}$ Ræ, $\frac{1}{2}$ ri $\frac{1}{2}$ p.

Effent. croci 3j. M.

S. mane & a meridie gtt. 30 Porro

R. $\frac{1}{2}$ ri $\frac{1}{2}$ lati TACHEN.

$\frac{1}{2}$ magnes. alb. $\frac{1}{2}$ 3j. M.

Divid. in doses ij. sumat j. post pilularum dosim vesperi. Neglecto licet vesicante dolores post

(a) Ibid. ann. 5. Mart. d. 4. p. 87.

post alvum ab enemate facti mitiores. Urgebatur ergo vesicantis admotio, & remediorum continuatio. Ab his multum remisere dolores, nec nisi ex intervallis dorsum impetrare; ad litum vero ex olei scorp. & flor. 7. MYNSICHTI a 3iij. æger intra biduum prorsus convaluit.

CAPUT XI.

AMULETA, TRANSPLANTATIONES.

§. CLXI.

XI. **A**MULETA denique, ac *Transplantationes* memorandæ supersunt, queis mortales a foeditate, molestiis, cruciatibus, periculisque haemorrhoidalis morbi vindicare se studuerunt. Nihil utique ab his, ubi palmaria solidorum, fluidorumque via hunc morbum fovent, prudenter sperari posse in confesso est; ubi vero solæ systematis nervosi turbæ haemorrhoidale malum producunt, ibi interdum hæ vel amuletorum effluviis ægro corpori applicatis, vel excitatis occasione transplantationis dictæ animi motibus (puta Gaudio, spe, hilaritate, tranquillitate), mutatoque sic systematis nervosi statu in aliud, componi, cumque iis circulationis æquabilitas restitui, atque sic haemorrhoidalis status aboleri potest.

S.

§. CXLII.

Amuleta celebriora sunt.

(a) *Chelidonium minus*, quod interno, externoque usu quam sit efficax, alibi (a) jam vidimus: verum amuleti loco apud se gestatum ut nullius unquam ab se visae virtutis STAHLIUS (b) rejicit.

b) *Cyclaminis radix nigra a viris, alba a feminis e collo inter scapulas pendula abigere hæmorrhoides pro certo affirmatur.* Duos ipse casus narrando accepi, quos inter comitem novi, qui a fluxus nimii reversiōnibus hoc uno remedio immunem fese redere potuit.

c) *Hellebori nigri e foliis cingulum ad immodicum hæmorrhoidum fluxum sistendum a pluribus commendatur, de quo J. HARTMANNUS (c) „a proprietate quadam „(inquit) valet cingulum ex foliis hellebori „nigri conquaſſatis recentibus nudo corpori „circumdate . . . Folia parumper con- „quaſſantur ſeſilicet ut tantum fibræ duriſcu-*
„lae

(a) Vide §. 86. 128. No. 9.

(b) Colleg. caſual. magn. Caſu. 16. p. 195.

(c) Praet. chymiatr. p. m. 50

„læ emoliantur , postea ad fasciam filo cum
 „acu affuuntur in longum , ut fiat quasi cin-
 „gulum . Hoc feliciter usus sum“ . Nimio in
 fluxu cohibendo . F. PLATERUS . (a) folia sic-
 cata renovari semper jubet : „quod reme-
 „dii genus feliciter expertam tuisse mihi ,
 „inquit J. LANZONUS (b) , fassa est honesta
 „quædam matrona Ferrarentis“ .

d) *Polygonum* seu centinodium sub alis
 gestatum . G. W. WEDELIUS (c) meminit mu-
 lieris 64 annorum , colore faciei ad viridem
 inclinante (hæmorrhoidariis proprio) , cui
 hæmorrhoides & quamdiu menstrua habuit ,
 & etiam ubi hæc per ætatem dudum jam
 defiere , fluebant cum dorſi , lævique hy-
 pochondrii dolore . Sanguis ut plurimum erat
 ater , ac saepe cum saltu velut e siphunculo
 erumphebat immodicus non sine virium jactu-
 ra , quem immoderatum fluxum , cum an-
 tea quibusvis aliis remedis non facile cede-
 re fuit& solitus , tandem solo polygono
 sub axillis posito fistere consuevit .

e) *Scrophulariae radix* super nudo cor-
 pore gestata idem posse prohibetur ; sed
 „in

(a) Prax. T. 3. p. 646.

(b) Consult. med. 97. Opp. T. 2. p. 204.

(c) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 3. Obs. 22.

„in scrophularia . . . efficiaciam hanc depre-
„hendere minime potuit D. HELWIGH (a) ,
„cum ante aliquot annos Episcopus War-
„miensis in Prussia ab ea in dolore maximo
„sibi opem polliceretur“. Contra ea J. LAN-
„ZONUS (b) „radicem scrophulariae pro amu-
„leto appositam dorso non semel juvile eb-
„servavit.“

f) *Telephii* (quod aliis *crassula*, vel *fabaria* audit) radix, aut folia e collo inter scapulas pendula fluxum & dolores abigere dicuntur. Verum STAHLIUS (c) „vidit radices fabariae , & scrophulariae , qua integras „qua contusas , coctas & assas appendi , & „applicari , nullo prorsus effectu , ægris do- „lorem nihilominus perferentibus“. Sit ita ; alii contrarium testantur. Præcipius telephii encomiastes est G. W. WEDELIUS (d) : „hoc „amuletum (ait ille) firma stat talo , & fine „ulla superstitione , temporisque , vel loci „observatione medicum juxta , ægrumque ex- „hilarat. Quoties a partu difficiili marisce in- „felices vexant , & torquent puerpas ? „Quam urgent sæpe dolore etiam fluentes
ha.

(a) Histor. morbor. Vratisl. I. c. p. m. 173.

(b) I. c. Consult. 99. 208.

(c) I. c.

(d) Misc. nat. cur. dec. I. ann. 2. Obs. 195.

„hæmorrhoides? Quot dantur hypochondriæ
 „ci, quibus eo derivatur mali sentina? o-
 „mnes in hoc inveniunt auxilium. Linariæ pin-
 „guidine non raro exasperati dolores (neque
 „enim pinguia semper patientur tubercula
 „hæc); crocus metallorum, magist. hui,
 „diaph. album Græcum, cum aliis remix-
 „ta pigre se ut plurimum gerunt: soli tot
 „seculis ignorato huic amuleto manum dat
 „molestissimum malum, neque enim illus
 „Auctor vel gry quideni de illo meminit.
 „Et ne lectorem curioso hoc medicamento
 „excludam diutius, fabariam, seu telephium
 „illud esse publice jam propono. Si obser-
 „vationes desiderentur, ut fides fiat laudibus,
 „ex plurimis hæc sunt loco pignoris. Serenissi-
 „ma persona, matronæ plurimæ illud ex-
 „pertæ, post exantlatum partum novos do-
 „lores ab his tuberculis passæ. Vir prima-
 „xius cum hypochondriacis plurimis con-
 „flictaretur symptomatibus, fluentibus hæmo-
 „rrhoidibus tubercula experiebatur summe
 „dolorifica, reliquis omnibus, ipsaque lina-
 „ria incassum tentata, unica nocte ab appenso
 „amuleto nil de illis sensit reliquum. Vir
 „Reverendus iisdem divexus ad stuporem
 „levamen percepit. Taceo plures, qui se-
 „dere nequiverunt, nec stare, frustra mace-
 „rati a variis unguentis, linimentis & aliis
 „externis. Appenditur vero radix telephiæ
 „recens (vel aliquot saltæ nodi, prout no-
 „di ipsi plures vel pauciores in ano protube-
 „rant) cum filo in dorso inter scapulas. Si-
 mul

„mul cum marcescente radice tabescit & evanescit omne tuberculum“. Id ipsum etiam M. ET MÜLLERUS, (a) „probavit aliquando in studioso hæmorrhoidibus cœcis admodum afflito, qui hoc usus amuleto egregie convaluit“. J. C. COETZ (b) refert Comitem de METTERNICH Regis Borussiae legatum, dum pro gravi morbo concilium peteret, in exactissima data anamnesi inter cetera etiam hæcce inseruisse verba: „multis abhinc annis coecas haemorrhoides sum expertus; at quae appensa collo per spinam dorsi fabaria semper iterum evanuerunt“. Idem in se quoque experimentum cœpit M. GERBEZ (c); verum cum interna simul efficacissima usurparit, ambiguum est, fabaria, an ceteris successus inde bonus sit tribuendus. Tandem T. BARTOLINUS (d) dum amuletum hoc „in cristicis tentare voluit: non successit“.

g) Gemmæ quoque hic pertentatae sunt; in primis vero smaragdus umbilico admotus nimio in fluxu laudatur; sed „fluxum haemorrhoi-

(a) l. c. p. 151.

(b) Annal. Vratisl. Tent. 14. A. 1720. Novemb. d. 4. art. 13. p. 562. & Act. nat. cur. Vol. 2. Obs. 195. No. 18.

(c) Vide §. 84. c.)

(d) Act. Hafn. Vol. 1. Obs. 51.

„rrhoidum non compescere smaragdum um-
„bilico impositum quater in variis deprehen-
„dit“ I. LANZONUS (a). Eadem forte fors
est *lapidum hieracitis*, & Indici a queis
hunc fluxum fisti scripsit GALENUS (b); si-
quidem vix memoria illorum hic supersit.
Huc adde annulum e lapide sanguineo novae
Hispaniae a N. Monarde descriptum.

§. CXLI.

2. *Transplantatio* autem quemadmo-
dum amuletis multo est vanior; ita etiam
rarius legitur commendata, nec nisi duas
novi plantas, quarum ope medendi haec
methodus pertentata est, quarum una

a) *Chondrilla* est, de qua PANAROLUS
(c) „magister meus (inquit) P. CASTELLUS
„ajebat se expertum fuisse, hæmorrhoides, si
„tangantur tuberosa radice chondrillæ, sicca-
„ri, si chondrilla siccatur; corrumpi vero,
„si corrumpatur; quapropter sub camino
„exsiccanda ponitur post hujusmodi tactum
„chon-

(a) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 1. Obs. 26.

(b) De simplic. medic. facult. L. 9.

(c) Arcanor. Fascic. I. in opusc. ad calcem
medicinal. observ. p. m. 415.

„chondrilla tuberosa.“ Quod ipsum etiam se
ex eodem magistro coram audivisse testatur
T. BARTHOLINUS (a). Altera harum planta-
rum est.

b) *Hæmorrhoidalis* herba Italica non
ignota. „Ea tactæ hæmorrhoides dolentes
„melius habent, inquit ROLFINCK (b), si per
„diem circa femur gestetur, & mox in fu-
„mantem camino suspendatur; ut herba; ita &
„hæmorrhoides corrugantur, omnisque eva-
„nescit dolor.“

CAPITULUM
ATYMIUM

SECTIO

-
- (a) In epist. præmissa ad H. GRUEB analy-
nov. de transplant. morb. p. 17,
- (b) Epit. L. 3. C. 21,
- TRNKA Hist. Hæm., Vol. II. Y

 SECTIO III.

 DIAETA.

CAPUT I.

ALIMENTA.

§. CXLIV.

I. *ALIMENTA medicamentosa* (id est: medicamentorum, quæ in dato quovis hujus morbi casu ex indicationibus præbenda sunt, indoli quam maxime affinia) esse oportet: idcirco talibus nutriendi sunt ægri, quæ varia morbi causa, variusque cum morbi tum alvi status exposcit. Atque hæc generalis est regula, ad quosvis morbi hæmorrhoidalis differentes, ac sæpe sibi ē diametro oppositos causis facile aptanda. Sic, ubi coecarum hæmorrhoidum comes fuerit inflammatio, victu opus erit antiphlogistico; sin absque inflammatione tumuerint, utendum est diluentibus,

fol.

solventibus, humectantibus, ubi immodicus
 illarum acciderit fluxus, ad hujus causam
 (quæ varia prorsus esse potest) minuendam,
 auferendamque virtus idoneus est imperandus,
 ita ut si nimia eum solidorum laxitas fovert;
 tonicis stypticisque cibis, ac præsertim po-
 tibus opus sit, sin tenuitas acris humorum in
 causa sit, plastica edulia, ac potulenta tunc
 multum profundit, atque hoc forte referendus
 est ostreorum proficuus elus (a) sequenti in
 casu observatus: „mulier sanguineo - atrabili-
 „osa 40 annorum, calculo vesicæ diu afflita,
 „incidit in nimum hæmorrhoidum, & men-
 „struorum fluxum; his accessit iæterus, habi-
 „tus cacheoticus, tumor pedum oedematosus.
 „Quæcumque adhibebantur temperatissima, po-
 „tenter hæmorrhagiam moverunt: unde de-
 „liquia, iæterus, & tumor augebantur, nec
 „quidem ex vegetibili temperatissimas herbas,
 „aut earum infusa aut juscula, quin nec pau-
 „cas impune vel simplicissimi ausus O. dulcis
 „guttas sumit, quo non ægrius valuerit. In
 „statu hoc ancipiti ostreas crudas bis de die
 „No. 5 recentes comederet, ordinavi, & in-
 „tra 15 dies iæterus, tumorque discessit, hæ-
 „morrhagiæ temperatae processerunt, & con-
 „valuit, vitamque jam 10 annis incolumem
 ducit,

(a) Des Magens Vertheidigung der edlen Au-
stern (8vo Prag. 1731. von I. I. M. M. R. P.
Cap. 3. p. 62.

„ducit, excepto calculo vesicæ, quem quidem adhuc; sed tamen commode fert, quotannis congruo tempore oîtreorum reassumens curam.“ Universim autem alvinæ excretionis in omni hoc morbo præcipua est ratio habenda, ut illa sit semper libera facilisque, ac mollis, præfertim ubi insignis intestinorum fæcitas eam raram, duram difficultemque reddit, quam eccoproticis enematisbusque ad officium, reduci debere superius (a) dictum est. „Ne vero crebrioribus clysmatibus, inquit LUDWIG (b), & purgantibus opus sit, ea diætæ ratio ineunda est, quæ præter blandam nutritionem etiam liberiores alvi excretiones efficiat, & juvet.“ Quænam autem illa sint alimenta, quorum ope id obtineri possit, non judicavi singillatim esse recensenda, ne promptuarium alimentare condere cogar. Porro autem „illud regimen circa alvinam depositionem tenendum est, inquit M. ALBERTI (c), ne hæmorrhoidarii ob negligentiam, aut socordiam aut impatientiam eandem diutius retineant; sed sedulo & sine longa mora naturæ ductum, & stimulum sequantur, & provide attendant,

(a) Vide §. 61. 8119. No. 1. 3.

(b) L. c. p. 396.

(c) Diff. de hæmorrhoidariorum regimine & diæta §. 15. Tract. de hæmorrhoid. P. 2. p. 149.

„dant, ne contra consuetudinem alvum reprimit, & retineant: alias eadem successive perturbatur, exsiccatur, indurescit, segnis redditur, quin denique actu adstringitur.“ Sicque, quod probo vietu lucratus erat æger, negligentiae suæ culpa reddit irritum. In omni autem hæmorrhoidali ægritudine vitare in cibis, potuque oportet cruda, sicca, dyspepta, flatulenta, acria, & idiosyncrasie adversa, tum sanguinem rarefacientia, ejusque motum placidum perturbantia, vel alvum acriter, multumve carentia, & ante omnia ingluviem, præsertim debilibus, ac plethoricis his ob crescentem inde sanguinis copiam; illis ob indigestiones, flatus, colicas, &c. inde provenientes) nocivam. Plura huc facientia prolixiori doctrina data videre licet apud ALBERTIUM (a), FROMMANNUM (b), aliosque.

CAPUT II.

A E R.

§. CXLV.

II. AER. Hæmorrhoidariis utilissimus est blande calidus, quippe qui & solida sua in nativa

(a) Ibidem §. 14. 21. sqq. p. 142. 155. sqq.

(b) L. c. P. 2. Probl. 23. p. 349. Probl. 43.
p. 455.

nativa flexilitate, & fluida in sua æquabili fluxilitate, a quibus circulationis libertas, & æquabilitas, necnon omnes cum secretiones; tum excretiones pendent, conservet. Obest vero & nimis calidus ob rarefactionem sanguinis, quæ facile nimium hæmorrhoidum fluxum inducit, vel motus hæmorrhoidales efficit anomalos; & nimis frigidus, maxime artibus inferioribus imminenter aut præsente fluxu admissus, ut qui vasa contrahendo, humoresque cogendo salubrem fluxum prohibere imminentem; præsentemque suppressione soleat. Præprimis autem solicite vitandæ sunt subitæ, & insignes caloris, frigorisque alternæ vicissitudines æquabilem humorum motum, & secretionum, excretionumque negotium perturbantes (*a*). Ex his jam intelligitur, cur certo quodam sub cœlo plures; quam alibi hæmorrhoidarios reperiuntur, & cur soli mutatio hæmorrhoidalem quoque statum interdum, ut superius (*b*) dictum est, mutare soleat. Intelligitur porro, amictu hæmorrhoidariis eo esse opus, qui calorem blandum, & æquabilem corporis foveat: hinc vestes hyemales mature sub æstatem deponendæ, simulque „maxime necesse est, inquit ALBERTI

(*a*) ALBERTI. I. c. §. 5. sqq. p. 137. sq.

(*b*) Vide §. 30.

BERTI (a); quo hæmorrhoidarii „inprimis pe-
 „des, & femora, sive inferiores partes bene
 „obtegant, in constanti mediocri calore con-
 „servent, & a sensibili tanto magis frequenti
 „refrigerio arceant; etenim analogum exem-
 „plum occurrit in feminis menstruis fluxibus
 „subjectis, quæ eo citius mensibus nunc flu-
 „entibus, non minus vero etiam extra men-
 „suum fluxum, turbas, incommoda, & impe-
 „dimenta circa mensium negotium patiuntur,
 „quando incuriosius & negligentius pedes te-
 „gunt, sed usitatus, & saepius inferiora loca
 „refrigerant.“

CAPUT III.

MOTUS. QUIES.

§. CXLVI.

III. **M**otus corporis moderatus quam salu-
 bris sit, ac necessarius omni homini sano,
 multisque etiam valetudinariis, ex ejus effe-
 ctibus, & noxis otiosæ vitæ satis est colligere:
 motu circulus humorum viget, viget appeten-
 tia, digestio, & alvina egestio; otio longo
 languet circulatio, appetentia, digestioque;
 flatu-

(a) L. c. §. 5. p. 138.

flatulentiae nascuntur, & alvus otiosis plerumque sicca, dura, segnis redditur, nec nisi operosioribus nixibus egerenda, quæ omnia quantum hic obsint, in causarum doctrina (a) data vidimus. Hinc muscularis motus iis vel maxime est necessarius, qui hæmorrhoides ex otio, vitaq[ue] sedentaria vel contraxere, vel suppressere diu ante fluere solitas, quo sine homines ex otio hæmorrhoidarios factos LUDWIG (b) nullatenus esse curabiles censet; nam „nisi . . . post aliquot ab una, „& altera Væ Sæ acquisitum levamen viræ „ratio ita mutetur, ut a sedentaria in exercitata transeat, continuatæ sanguinis mis- „siones magis noxiæ quam utiles sunt; cum „ad tenuitatem sanguinis, & reliquorum humorum ducant, ex quibus idonea nutritio, „& vera confirmatio virium effici nequit.“ Magnopere quoque iis motu corporis opus est, qui ab hæmorrhoidum fluxu seu sponte seu arte liberati in posterum ab eodem immunes esse volunt, ut sic per motum etiam corporis aliqua humorum pars dissipetur, ac plethoræ hæmorrhoidas resuscitaturæ genesis præpediatur. Unde CELSUS (c) post omnes ad unam exustas hæmorrhoides haud aliter sanitati

(a) Vide §. 21. 23. b)

(b) L. c. p. 418.

(c) Vide §. 138. Nro. 3.

nitati prospectum iri arbitratur; quam statis
vacuationibus arte institutis, multaque simul
corporis exercitatione.

§. CXLVII.

IV. QUIES porro quemadmodum exercitiis interpolanda est ad vires reficiendas; ita in longum otium non est proferenda; nisi eam diuturnus hæmorrhoidum fluxus immodicus, ad quemlibet motum corporis revertens necessariam esse præmonstret, quo in casu monente F. HOFFMANNO (a) vel maxime
 „dissuadendæ . . . venationes, omnes im-
 „pensiores corporis commotiones, per equi-
 „tationem maxime & vecturam, in locis præ-
 „serrim lapidosis & inæqualibus, & placidum
 „potius motus genus supernam magis quam
 „inferiorem corporis regionem afficiens sub
 „cœlo amœno sereno concedendum.“

CAPUT

(a) Med. rat. syst. T. 4. P. 2. S. 1. C. 4.
capitel. §. 8.

CAPUT IV.

PATHEMATA ANIMI.

§. CXLVIII.

PA
ATHEMATA *animi* in nulla non hæmorrhoidali affectione prudenter sunt gubernanda, ita ut nihil animo sedato, ac tranquillo sit salubrius, sub quo placida circulatio viget, omnesque secretiones & excretiones rite peraguntur; nihil vero ira, ac terrore, mœstiaque diuturna deterius, a quies hæmorrhoidalis status induci, fluxus moderatus in immodicum abire, vel supprimi, &c. solet. Instante vero aut procedente fluxu hi affectus præprimis obesse confuevere. Unde monente STAHLIO (a) „ab ira cavere sibi debent, „quotquot his passionibus obnoxii sunt; alias „non modo gravius; sed et frequentius, & „in dies pertinacius decubituri, ut fere semper fit, quo magis affectus tales, a fortiore „motus impetu; quam materiæ quantitate, „& proportione fuscitantur.“ Notatu hicce dignum præbet exemplum i. C. STUNZERI (b) vir cui statis temporibus hæmorrhoides tu-

(a) Diff. de hæmorrhoid. internarum motu Cap.
6. p. 28.

(b) L. c. p. 75.

tumescebant. Hic dum aliquando tempore intumescentia vehementi exarsit ira; tumor evanuit, ac periculosa successit hæmoptoe. Contra ea F. HOFFMANNI (*a*) virginis ira nimium concitavit hæmorrhoidum fluxum. Erat illa 19 annorum, Væ Snem nunquam passa; sed præter nimia subinde catamenia hæmorrhoidalem quoque fluxum per aliquot dies, at sine dolore ac molestia, experiebatur. At cum graviter excanduisset ingentem puri, ac sinceri sanguinis vim alvo reddidit cum summa virium jactura. Subsistente deinceps, imo frigido a potu penitus cohibita, ac restitante hac hæmorrhagia enormes obortæ præcordiorum anxietates, & constrictiones, quasi cor ipsum convelleretur, cum extremorum frigore, rubore faciei, venarum in capite inflatione, arteriarumque validis, ac citatis pulibus cum quadam duritie. Verum ab exhibito ſe ex ḡio diaph., lapid. 69., cinnabari & nitro, cum infuso summitat. millefolii, atque MRA simplici cum croco melius habuit.

HISTO.

(*a*) L. c. Obs. 3.

HISTORIA I.

I. L. DIETRICH S (a)

*Sistens singularem casum hæmorrhoidum
cœcarum in criftas degenerantium dolorificas, ab CL. WEISIO curatarum.*

Ecclesiastes 54 annorum, phlegmatico-sanguineus, sanis natus parentibus, junior quotannis fere 5 vel 6 modicas hæmorrhagias narium expertus, illibata fruebatur sanitatem; donec ætatis 24. anno a fatigiis ecclesiasticis naestus est hæmorrhoidum fluxum, modicum primum ac sine ulla molestia; procedente vero ætate fluxus crevit & copia, & frequentia: demum paulatim se juxtere symptomata molesta illum præcedentia & comitantia, nempe lumbago, & puncturæ intestini recti. Anno ætatis 30 obortæ hæmorrhoides cœcæ cum tenesmo, ut fere quotidie & vix non sub quavis

(a) Diff. de hæmorrhoidib. crifstatis. 4to Altorf. 1764. p. 6. sqq.

quavis alvi egestione aliquid vel sanguinis vel seri effuxerit, dolore saepe anum per 8 minuta abhinc obtinente. Anno ætatis 40. appetente coepit ideo Væ Snem admittere, ac primo quidem triennio quotannis semel, dein bis, idque e brachio dextro, abhinc vero bis quotannis e pede laeo; at ex quo levamine, morbo in vicennium tam acriter vexante, ut ultimo anno ob dolores nec stare diu, nec ambulare, nec sedere, imo nec quiete jacere licuerit; qui sub alvi egestione erant acutissimi. Namque extumentibus, prominulisque ani rugis multæ enatae sunt plicæ gallinarum cristicis inframaxillaribus similes, aliæ molles, ac velut ex inflammatione rubræ; aliæ tenues, subduræ, subpallidæ, infra arcuatæ, quædam pollicem longæ, basi ejusdem longitudinis adnatæ, radiatim sitæ, ultra 12, non instar varicum turgidæ, ac lividæ, sed e teneris vasculis rubris & serosis contextæ, glabraque teæ cuticula, at fine rhagadibus. Ad harum cruciatus post alvum egestam leniendos calidus lectus fuit petendus, ubi lintea calida serum acre succedens absorbentia cum aliquo levamine admovebat. Cristas has nec parcus hæmorrhoidum fluxus sponte interdum obortus, nec hirudines admotæ minuerunt. Somnus inquietus laffavit corpus, cetera æger bene habebat, appetituī tamen indulgere non ausus ob metum dolorificæ alvi. Varia tentata sine ullo successu, imo dum 6. hebdomades decocta, *Ylia*, & cathartica usurpasset, a quæis bis terve quotidie

tidie dejiciebat; seri copiosi, & acris profluxu anus offensus magis intumuit cum tenesmo acerbiori & urente facto: unde alvus aut plane intercepta, aut summe dolorifica facta. Tot ergo remediorum juxta ac dolorum pertitus æger ~~weis~~ opem demum implorat, qui paucis plurimum præstitit. Interne præbuit infusum:

R. Rad. sarsaparill.

- scorzon.
- gramin. $\frac{aa}{3} 30.$
- caryophillat.
- liquirit $\frac{aa}{3} 3ij.$
- scrophulariæ $\frac{3}{j}.$

Herb, hepat. nob.

- cherefol.
- matrifylv. $\frac{aa}{3} M. j.$
- heder. terr.
- scolopendr.
- cochlear. $\frac{aa}{3} M. \beta.$

Fl. papav. rh.

- rofar. $\frac{aa}{3} p. j.$

Rasur. lign. fassaf.

Siliqu. dulc. $\frac{aa}{3} 3\beta.$

Sem. foenic. $3\beta. M.$

F. spec. pro infuso. m. & v. sorbendo. Porro

- R.** $\frac{\square}{\square}$ ri solub.
 $\frac{\square}{\square}$ ri \oplus lati
 \oplus $\ddot{\oplus}$ ati $\frac{aa}{3} 3\beta.$
 Lap. 69 pp.

Spec.

Spec. diamarg. fr. $\frac{1}{2}$ 3ij.

Magn. alb.

$\frac{1}{2}$ diaph. $\frac{1}{2}$ 3j.

Ol. lign. sassafr. gtt. jv. M.

S. a meridie & sub noctem ad ij. cusp. cultri ex aqua. Tandem mane additum elix. viscer. amar. temperat. cum $\frac{1}{4}$ elix. antifcorbut. mixtum ad gtt. 40 cum ∇ a sumendum. Externe cum ani dolor, & strictura enema vetarent, primum sacculi emollientes ex rad. alth., fabariae, herb. malv., verbasci, heder. terr., fl. samb., papav. rh., & \odot tab. in lacte cocti & expressi per unum diem ano tepide admoti; dein suffici resolventes, ac tonici, nempe

R. Rad. scrophular.

- chelidon. min.
- asphodeli.
- cynogloss.
- allii
- ari $\frac{1}{2}$ 3ij.

Herb. vinc. pervinc.

- scrophular.
- mercurial.
- cochlear.
- agrimon.
- vincetox. $\frac{1}{2}$ M. 3.

Flor. spicæ nard.

- verbasci.
- calend. $\frac{1}{2}$. p. j.

Θammon. 3j.

Camphor. gr. ij. M.

F.

F. inde 3. sacculi, quorum unus in ▽a simplici, alter in vino, tertius in ▽a distin-
ctis horis leviter coctus, & expressus, tepide calens cristis imponatur. Hæc topica te-
nesmum, doloresque minuendo, aliquoties recenter parata, & interdiu applicata effe-
runt, ut crista pendulæ plurimæ, inprimis rubrae ac molles, corrugatae, subsidentesque evanuerint, duræ autem, & subcallosæ indo-
lentes, minoresque evaserint, sicque intra
14 dies tenesmo, ac dolore sublato alvus fa-
cile procecerit. Inde per 3 annos æger, il-
libatam noctis sanitatem, ad omnes corporis
motus evasit idoneus. In prohylaxim tamen
quotannis circa æquinoctia phlebotomiam in-
stituit, cathartica lenia sumvit, & diætam
tenuit convenientem.

HISTORIA II.

F. H O F F M A N N I. (a)

*Suppeditans exemplum podagræ hæmo-
rrhoidalis, cum fluxu alternantis, &
curatae.*

Vir 33 annorum, sanguineus, spongiosus,
vino, venerique deditus olim narium hæmo-
rrhina-

(a) Consult. & resp. med. Cent. 2. & 3. Cas.
169.

rrhagus obnoxius , & ante 10 annos hæmoptoen passus , abhinc quotannis semel , bisve
 vñ Snem instituit , donec hac vacuatione
 neglecta in podagram incidisset . Juniori in
 aetate clyma scorbuti ferax incolens sca-
 biem contraxit scorbuticam ad varia remedia ,
 ipsumque ♀ii in ernum , & externum usum con-
 tumacem : donec nescio quo electuario sum-
 to vesperi sudor primo , dein a $\frac{1}{2}$ nocte al-
 vus mota , scabiem non multo post sustulit .
 Paulo autem post gonagra venit , cui abeunti
 successit haemoptoe , sicciam post relinquens
 tuissim , humanae dein axungiae usu sopitam .
 Verum circiter 4 ante annos post magna fa-
 tigia acuti circa genua dolores oborti , tactu
 acerbissimi redditi , & lapsis inde 4 septima-
 nis , post iram vera ingruit podagra totius
 pedis cum dextri genu contraictura . Abhinc
 decoctum elignis , radicibusque resolventibus
 bibenti redibant quidem insultus ex inter-
 vallis , at dolor nonnisi genu , malleolum ,
 ac pollicem pedis torcit . Ante 3 annos per
 biennium acidulas Egranas bibt cum eupho-
 ria , & ab his interdum fluxit haemorrhoidis
 cum insigni podagrae levamine , qui fluxus
 utut parciors , ubi nuper in trimestre absuisset ;
 podagra reversa gravior , utrumque pedem
 ac genua afflixit , & reverso fluxu iterum
 cœquievit . Hinc ab eo tempore podagra
 corruptus pilulas IMMANUELIS Noimbergen-
 ses sumere suevit , ut fluxum haemorrhoidis
 procuret , quo apparente podagra protinus
 abibat . Novissimo tempore fluxus singulis

TRANKA. Hist. Hæm. Vol. II. Z 14

14 diebus redibat sine ulla molestia , prae-
cedentibus plerumque tormentibus , ac facie
inflatione ; hoc autem cessante continuo prae-
cordiorum quietas , & flatulentia incessit :
alvus plerumque libera , si adstringebatur , malum
exasperabat . Ex quo podagra occipit ,
neglectae V. S. revocabantur , quas largius
factas fere semper haemorrhoidum fluxus ex-
cipiebat . Insultus podagrī verni graviores
erant autumnalibus : isti carebant aeflu p. n. ,
in illis vero summus aderat ardor cum in-
tercurrente rigore , ac sequente sudore ;
novissimeque cum cutis in pedibus , mani-
busque secessione , ac nodis digitorum solve-
bantur . Aeger tabescet sub anorexia , so-
minisque turbulentis , ac terroris plenis . Con-
sultus id temporis . Auctor cum videret a
plethora vel haemorrhagias vel infarctus ac-
cidisse , tum a vino , venere , ptyalismo ,
iraque insignem in systemate nervoso con-
scitam debilitatem cum proclivitate ad spa-
smos , unde stomachi imbecillitas , & diges-
tionis laesio consecuta , ab chyli , & sanguini-
nis dyterasia & acrimonia dolorum causa :
consultit circa singula aequinoctia phlebotomi-
mam in pede ad 3vij , ut insufficiens fluxus
arte compensetur ; vini , cerevisiaeque veti-
tiae in locum commendavit decoctum

R. Rad. scorzon.

— chinac $\frac{aa}{aa}$ 3fl.

Cort. lign. fassafras

— cinnamom. $\frac{aa}{aa}$ 3j. coq. in Vae
Mensuris iij. per $\frac{1}{2}$ h.

Sub

Sub epulis tamen concessus parcus usus vini
Hungarici, vel Burgundiaci pro stomachi ro-
bore. Porro mane in lecto cum blando re-
gimine fusat bibenda & vascula infusi ex her-
bae melisae, salviae, betonicae, veroni-
cae, & Mj & cort. citri recent. 3ij. Brevi
ante prandium elix: visceral. balsam. gtt 60.
cum superiori decocto, ac vino imperatae,
alternis autem vesperis 3j sui bezoard. 3j.
Porro quavis hebdomade summandae erant
pilulae balsam: Auctoris Nro. xvij. ad al-
vum solvendam, & intestina roboranda,
circa aequinoctia autem & periodos imminen-
tis fluxus haemorrhoidalis dosis haec alternis
diebus 5 vicibus imperabatur ad fluxum pro-
movendum. Cibi parciores, maxime in
cena, concessi, & potius assi; quam elixi,
vertitis nimis pinguibus, acidis, salitis, uti
& nimio potu caffee, & nicotianae usu; gra-
ves animi motus vitandi erant, motus autem
corporis creber, at moderatus suadebatur.
Curatione hac in bimestre producta aeger
prorsus convaluit.

HISTORIA III.

J. S I D R E N. (a)

*In qua gravissima molimina hæmorrhoidalia,
ac prope exitialia superveniens fluxus
fustulit.*

Vir 31 annorum, cholericus, hypochondriaca matre natus, quādū in aromataria officina serviit, aëris licet injuriis obnoxius, semper tamen sanus vixit; at 22^o. ætatis anno minus mobilem iniens vitam post 3 annos coepit colicam sæpius perpeti cum segni, & nūc cosa alvo. Id temporis molestus sæpe erat pressivus capitis dolor cum sensu ponderis in encephalo apoplexiæ metum incutiente. Idcirco 4^o. quoque mense Væ So in pede facta, & eccoprotiea usurpata, quorum sub usu regio infraorbitalis livida, totaque facies flava evasit, manifesto indicio male affecti hepatis. Vertente anno 1765, ætatis 30^{mo}. prioribus symptomatis se junxit ventriculi imbecillitas, & ardor, annorexia, lassitudo, anxietas, & oppressio pectoris; accessit & febris m. & v. recursans, ac ne **H**i quidem corticis abigenda. In sequenti ergo æstate **▽va**
Pyr-

(a) Act. med. Sue Scor. T. I. p. 367.

Pyrmontana hausta quotidie multum purgabat
 cum levamine; sed ineunte autumno omnia
 pristina mala rediere apparentibus simul cœcis
 hæmorrhoidibus, quies hirudines cum leva-
 mine admotæ, ac brevi post oborta diarrhoea
 mucosa cum dorsi dolore. At febris aliquam-
 diu sopita non multo post ad vesperam redi-
 bat: unde noctes insomnes & matutinus lan-
 guor. Urina fuit lateritia; sed absunita **ff.** cor-
 ticus per doses 3*fl.* aliquoties quotidie captas co-
 lor quidem lotii emendatus, rariusque sedimen-
 tum apparuit; febris tamen nil mutata Decembri
 1766 accitus medicus reperit vesperi febricitan-
 tem cum voce debili, ac tremula. Vetat ulterio-
 rem corticis usum: imperat idoneam diætam,
 & quotidianam vectionem trahis, & ad al-
 lum tenendam liberam consulit rheum,
 m. & v. masticandum glutendumque; monet
 insuper, ne ante consuetum tempus lectum pe-
 terer. Ab his & somnus redire cœpit, &
 vespertina febris tam levis facta, ut illam æger
 extra lectum ferre posset; cibos utut nonduni
 appeteret, tamen non amplius aversabatur.
 Cum sic relevatus iter aliquot milliarium in-
 sciente medico ingressus esset; ad locum de-
 stinatum vix appellens prima mox nocte per
 6 horas horruit cum colica & anxietate; ca-
 lone tamen lecti, fotuum, enematum, po-
 tuumque malum remisit, ut post aliquo dies
 æger domum reverti posset. Recitus per al-
 tas nives causavit dorsi dolorem, ac tensio-
 nem in pectore, & faciei iæterus jam vix con-
 spicuus denuo profunde flavus evasit, sterco-

ra vete alba, ac mucosa. Datum igitur quovis mane saturatum decoctum taraxaci cum melle; per reliquum autem diei MRA cum extract. tarax. , Øe medio, & syr. 5. rad. aperientium cochleatim. Alvo restitanti pro-
visum ele&t. lenitiv. disp. Lond. cum cremore
¶ri, ac paucō rheo. Ab his ieterus minue-
batur, & urina plus lateritii sedimenti pone-
bat. Appetente plenilunio cum hæmorrhoi-
dales motus non obscuri ingruerent, datae
pilulæ balsam. STAHLIANIS analogæ, qua-
rum a tridui usu oborti dorsi & colici dolores
ubi molli fotu ac MRA ex ▽a puleg., ol.
amygd., liqu. anod. min. & syr. cich. cum
rheo leniti sunt, cœpit æger ano, sanguinem
circiter ad ȝj egerere, sub qua excretione
aliquot dies durante quotidie trahis veheba-
tur, lotiumque reddebat fuscum cum sedimen-
to e fusco laterito; cessante autem sanguinis
excretione urina evasit citrina, & crassa.
Finito hæmorrhoidum fluxu symptomata sen-
sim omnia conquievre, & æger ad pristinam
rediit sanitatem, usurpavit tanien multos ad-
huc in menses decoctum taraxaci: nihil ta-
men secius hæmorrhoidum fluxus omni redit
plenilunio; imo interdum etiam imminentे
subita cœli mutatione. Non comparente ad
statum tempus interdum fluxu hirudines mul-
tum levaminis ferunt. Væ Ses denique vere
& autumno celebratæ sunt utilissimæ ad lenien-
dum cephalalgiam, ac tinnitus identidem
ægrum infestantes.

HIST.

HISTORIA IV.

L. RIVERII (a).

Sistens hæmorrhoides cæcas furentes ad remedia optima contumaces, demum tamen curatas.

Cœnobitæ acerbissime dolentes insigni cum tumore inflammatorio hæmorrhoides adepto post enem injectum secatur vena brachii lævi, tumorique admotus anodynus fotus cum cataplasmate de mica panis; quod tamen ob exquisitissimum loci dolorem non tulit. Postridie secta dextri brachii vena, dati julepi emollientes, & levissimi cathartici, ut alvus maneret liquida:

R. Summit. malvæ

Fol. lactucæ.

— bugloss. ॥ M. j.

Passular. mundatar.

Liquirit. rasæ ॥ ᷄.

Flor. buglossi

— borag.

— violar. ॥ p. j. Coq. in

▽æ f. q. ad ᷄vij. In colat. infunde
Cassiaæ

(a) Obs. med. Cent. 3. Obs. 7.

Cassiae rec. extractæ 3j. Colaturæ
clarificatæ adde
Syr. violar 3j. S. bis de die.

Ano admotum sequens unguentum :

R. Olei. rosar. & viol. 22 3j.
Ungu. popul. 3β. F. linim.

Tumori autem doloriffo perstanti admotæ
duæ hirudines , quæ 3jv sanguinis eliciuere.
Remisit dein aliquatenus inflammatio. Dein-
ceps ergo sequens adhibitum suffumigium :

R. Semper vivi majoris Mj.
Vini albi 1 1/2 j. Bulliant.

Fumus hujus decocti per sellam perforatam
ano excipiatur , dein sequens unguentum ap-
plicetur :

R. Ungu. rosar. 3j.
♀ii crudi 3ij. M. F. Ungu.

Sed nihil his profectum. Quare eorum in
locum suffitus aceti , in quo silices igniti ex-
tinguebantur , adhibitus , & post hunc litus

R. Ol. amygdal. amar. 3ij.
Styracis liqu.
Bdellii 22 3ij. M. F. linim.

Ab

Ab his tumor, dolorque in dies multum imminuebatur, præsertim juncto his bidui potu decocti millefolii cum paucō vino. Ad laxandam autem alvum continuo adstrictam ac vasa infarcta deplenda datæ pilulæ:

R. M. P. de bællio 3ij.
Sennæ mundatae
Rhei eleæti
Agaric. rec. trochiscati ~~et~~ 3j.
Syr. ros. solut. q. f. F. M. P.

S. quovis mune inde 3j, donec tota massa fuerit absurta. Atque his demum remediis convaluit.

HISTORIA V.

M. G E R B E Z I I (a).

Narrantis, quæ remedia ipse in suo plus quam vicennali morbo, nimio scilicet fluxu cum dolore, & ani prolapsu efficacissima sit expertus (b).

Pränotatum ... velim, me hæmorrhoidum fluxui jam a plus quam 20 annis fuisse sæpius per

(a) Misc. nat. cur. Cent. 8. Obs. 4.

(b) Confer. §. 84. c).

per annum obnoxium, & quidem primis aliquot annis absque notabili molestia ; postea vero subinde cum aliquali intumescentia, & dolore, præsertim post violentiorem in itineribus motum, corporis incandescentiam, mercioris vini haustum, & casu subinde intercurrentes biliosas diarrhoeas. Ut cunque vero me sive fluxus copia, sive dolorum vehementia cruciarint ; eis semper tempestivum, & opportunum remedium adinveniendi sortem habui, excepta sola clapsa æstate, dum post triduanam cerasorum esu (uti reor) excitatam diarrhoeam me tantus hæmorrhoidum cœcarum dolor incesserat, ut ei sufferendo impar factus fuerim, dum tamen aliis vicibus, quoties in similem diarrhoeam me incidere contingret, ea semper sponte sua aperiri, & fluere solitæ sunt, dolore, si quis supervenerat, paulo post sponte sua, vel remedii consopito. Hac vero vice quidquid adhibui, adhibui frustra ; quin imo pinguia, & oleosa quæcunque, inter quæ erat etiam famosum illud unquenatum de linaria, item quæcunque, aëtu calida, notavi mihi notabiliter dolorem exacerbasse, excepta sola coepa asfa, & sacculis paregoricis ex herba, & floribus linariæ, verbasci, & hyosciami cum farina sem. lini foenegr., & pſyllii in lacte decoctis & tepide applicatis, quæ successively tamen ut cunque conducere videbantur. Purgare non ausus fueram ; eo quod ad quaslibet vel solis clysteribus emollientibus cum unquento clystati-

smatico, & populeo paratis promotas subinde
 sedes dolores maxime exacerbari experirer.
 Hinc ad applicandas hæmorrhoidibus sanguis
 fugas recurrentum esse rebar; tamquam ad
 remedium alias etiam, præsertim in suppressis
 hæmorrhoidibus, singulare. Etiam si vero 4
 earum externis non nihil tumentibus venis fu-
 issent applicitæ, duæ internis; tamen vix una
 sanguinis uncia fuit prolicita (nescio quare),
 dum ex eis alias sponte apertis subinde plures
 libræ effluere solebant. Hisce tamen rem eo
 redegeram, ut nonnisi ante, post, & sub alvi
 exonerationibus solitos dolores perciperem.
 Hinc cogitandum mihi supererat, qualiter nam
 quoque alvum mihi redderem indolentem?
 Cumque conjicerem ad id necessarium fore,
 ut foeces alvinæ redderentur molles, si que
 sponte non secederent, saltem alternis, vel
 ternis diebus eæ leni aliquo laxativo subdu-
 cerentur; determinaveram prunis aliquid foli-
 sennæ incoquere, & de eis una cum eorum
 jure, quoties necesse esse videretur, aliquot
 semper ante pastum deglutire. Secundo quod
 præterea adverterem in excretionibus semper
 intestinum rectum mihi insolentius protrudi
 solere, & inde dolores tanto magis exacerbari,
 solitus eram, qualiter & his oppor-
 tunum repagulum opponerem? Et fortunate
 mihi inciderat usus terebinthinæ, cuius suffi-
 tus ano exceptus in tenebris & ani prociden-
 tiis solet esse proficiens, nec non ḡ ostreorum
 calcinatorium, qui bombace exceptus, inque
 ani procidentiis applicitus solet esse pereffi-

cax.

cax. Quibus postquam aliquoties fuisse
usus, deprehendi, quod revera & dejectiones
inde redditæ fuerint molliores & liberiiores,
& protrusio ani minor, ac minus dolorifica.
Quod tamen adhuc in externis hæmorrhoidi-
bus supereffet tumor quidam dolorificus, huic
quoque remedium erat reperiendum, & oc-
currebat unquentum . . . camphoratum al-
bum . . . propterea illud in linteolo molli
extensem, quoties sedere dabatur, & vespri-
dum lectum ingredener, aliquoties tumentibus
& dolentibus venis sedalibus admoveram cum
tanto effectu, ut intra paucos dies universus
tumor, & dolor penitus evanuerit, adeo ut
in tam acri tamque pertinaci hæmorrhoidalium
venarum malo nulli ex usurpatis reme-
dio tantam efficaciam adscribere valuerim,
quam prunis laxatris, suffitui terebinthinæ
ano excepto, ḡri ostreorum calcinatorum
cum gossipio excepto & admoto, & unguen-
to illi, album camphoratum dicto, sed cum
adjectione lithargyrii prius in aceto cocti præ-
parato. Quamvis mihi paulo post sancte re-
tulerit certus Presbyter, se a suis dolenter
tumentibus hæmorrhoidibus sola cerussa alba
pulv. in aceto per noctem macerata, & mane
abjecto aceto cum s. q. olei oliv. in lini-
menti formam commista dicto modo aliquoties
admota optatissime resanasse. Ne vero
ex taliter semel suppressis, & forte a sexag-
enaria mea ætate nunquam amplius fluxuris
hæmorrhoidibus mihi ea, quæ 6. aphor. 12
præ-

prædictis HIPP., obvenient, obviandum fore
rebar fonticulo tibiæ pedis internæ inurendo,
idonea diæta, & gestatione in dorso radicis
telephii, & scrophulariæ . . . quin & in potu
per modum theæ saltem vere & autumno,
vel etiam sanguisugarum applicatione.

HISTORIA VI.

D. TURNERI (a).

*In qua hæmorrhoidum cœcarum summe do-
lentium, quas gravissimus comitabatur
tenesmus, curatio exhibetur.*

Mulieri teneræ, imbecillæque compagis post
difficile puerperium pro catameniis hæmo-
rrhoïdes menstrue fluebant, quandoque intu-
mescentes magno cum dolore. Ano hinc
senfim laxiore facto enatæ sunt complures
mariscæ sub quovis fluxu tumentes, alvumque
difficilem reddentes. Factæ Væ Ses in bra-
chio primum, dein talo; data emulsa, &
complures boli ex cassia cum flore ♀; ani
tumori admotum cataplasma anodynum, alia-
que:

(a) Abhand. von den Krankh. der Haut, 2. Th.
7. Cap. p. 533. sqq.

que: verum tumor, dolorque assiduus potius
crevere, & anus mucosa excernebat. Accitus
tunc Auctor detexit multa insignia tubercula
ex inflammatione tumida, multum faniosi,
cruentique seri dimittentia; ob assiduum te-
nesmum ægræ desidenti anus semper everte-
batur cum tanta doloris exacerbatione, ut
illa plures in horas lamentaretur. Primum
ergo sopiendi tenesmi causa præscriptit.

R. Conser. FRACAST. s. m. ʒβ.

Laet. ♀ ʒj.

℞ rhei parum tosti ʒβ.

Extract. thebaic. gr. β.

Syr. de mecon. q. s. F. bolus.

S. talem quotidie m. & v. superbibendo ju-
leum:

R. ▽æ lact. alex.

— ceras. nigr. ʒ ʒij.

— cinnamom. ten.

— pæon. c. ʒ ʒj.

Margar. ppt. ʒj.

Sacch. parum. M. F. julapium.

Si hæc non juvarent, sumenda erat MRA
semper ad manus habenda:

R. ▽æ fl. paralyf. ʒjβ.

— pæon. C. ʒj.

Syr. de mecon. ʒvj. M.

Potui communi datum decoctum album, cu-
jus in ℥ soluta erat gummi Arab. ʒj. Ex-
terne imperatum fomentum, & cataplasma:

R.

L. Fol. linariæ

— verbasc. 22 M. j.

Fl. chamom.

— samb. 22 M. β.

— ros. rubr. p. j. Coq. in

Laet. vaccin. q. f. ad **thij.** Coletur.

Pars media hujus cum farina fab. redige-
batur in pultem pro cataplasmate, pars altera
fotui asservata; utrumque adhibitum, nempe
pannus laneus mollis (fronella dictus) de-
cocto intinctus m. & v. admovebatur, quam
calide ferri poterat, & quavis ♀ hora reno-
vabatur, ac dein calidum cataplasmam apposi-
tum, admistis semper eidem balsamo ♀
simpl. 3ij. cuius ab altera applicatione ægra
mire levata est, tensio remisit, ac tumor sub-
sedit catenus, ut injectiones jam in anum
fieri possent; quare ejusdem decocti aliquid
injiciebatur cum tantillo ejusdem balsami, &
uno vitello ovi, quod ægra quavis nocte re-
tinuit. Ab his & anodynō interno evasit nox
multo quam dudum ante quietior; namque
ægra ob dolores toleratos, indeque natos
sudores symptomaticos evaserat admodum
debilis. Hæc in plures dies continuabantur,
& fascia Tautaformi firmabantur, quoad im-
minuto humorum affluxu hæmorrhois magis
adhuc subsedit; deinceps dictum decoctum
parabatur cum **Va** chalibeata, & vino ru-
bro, adaucta infuper copia rosarum rubra-
rum pro restaurando sphincteris tono. Ubi
ab his tenesmus desit, omissa conserva **FRAE**
CAST.

CAST. cum rheo dabatur bis per diem lac
 \triangle cum absorbente aliquo, & emulsum ex
 amygd. dulc. & sem. papav. alb. cum ∇ a
 hordei paratum. In summis doloribus cum
 ischuria fuisset enata, præscribebatur

R. \ominus prunell.

Sacch. alb.

Lap. 69. $\ddot{\alpha}$ gr. xv. M. F. $\ddot{\sigma}$.

S. alternis horis ex cochl. j. sequentis MRæ:

R. ∇ æ hordei $\ddot{H}j.$

Gumm. Arab. $\dot{\gamma}$ vj. vel. $\ddot{\gamma}$ j.

Syr. dialth. $\ddot{\gamma}$ j. M. D.

Et superbibat cochl. v. vj. ex eadem, quam-
 diu ischuria duraverit; sed his brevi sublato
 fuit. Sublato demum morbo pro carnium
 resumtione, & recidiva præcavenda commen-
 davit Auctor sequentis remedii, quod ipse
 similibus in casibus vix non specificum exper-
 tus est, usum:

R. Aethiop. min. s. i. ppt. $\ddot{D}j.$

Sacch. alb. crystall. $\ddot{D}\beta.$ M. F. $\ddot{\sigma}$.

S. quovis mane, & 5ta a meridie per inte-
 grum mensem in cochl. j. laetis asinini, su-
 perbibendo ejusdem $\ddot{H}b\beta.$ Verum quamvis
 mulier inde vires, carnesque receperit,
 hæmorrhoidum tamen fluxus menstruus ei
 mansit.

26° 333/

ULB Halle
006 232 078

3



26° 333/

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

WENCESLAI TRNKA

DE KRZOWITZ

S. R. I. EQUITIS MEDIC. DOCT. IN REG. UNIVERS.
PESTIN. PRAX. MED. PROF. P. O.

HISTORIA HEMORRHOIDUM

OMNIS ÆVI OBSERVATA

MEDICA CONTINENS.

VOLUMEN II.

OPERIS POSTHUMI

EDITIONEM PROCURAVIT

FRANCISCUS SCHRAUD

IN EADEM UNIVERS. INSTIT. MED. PROF. P. E.

VINDOBONÆ,

APUD CHRISTIAN. FRIDERIC. WAPPLER.

MDCCXCV.